DOSITHEI ARS GRAMMATICA

RECENSVIT

IOANNES TOLKIEHN

LIPSIAE
IN AEDIBVS DIETERICHIANIS
THEODORI WEICHER
MCMXIII

DOSITHEI
ARS GRAMMATICA

RECENSVIT

IOANNES TOLKIEHN

LIPSIAE
IN AEDIBVS DIETERICHIANIS
THEODORI WEICHER
MCMXIII

GEORGIO GOETZ

S

Praefatio.

Qua ratione Graeci posterioribus temporibus linguae latinae studuerint cum e Dosithei quae dicitur arte grammatica lucide appareat, eam haud indignam esse, quae quam plurimorum philologorum in manibus sit, harum rerum quo quis erit peritior, eo libentius concedet. Sed maiore pretio videtur constare alter septimi grammaticorum latinorum voluminis fasciculus, in quo inest liber ille a Keilio editus, quam ut a multis hominibus privatis comparari possit. Accedit, quod et a viro de hoc litterarum genere optime merito alterutrum eorum, qui ei praesto fuerunt, fontium non exhaustum esse iamiam videbimus et aliis adiumentis postea allatis textum multifariam emendari posse non est negandum.

His potissimum de causis nova haec editio in lucem prodit, quam non inutilem fore arbitror ad usum eorum, qui a studiis grammaticorum latinorum non prorsus abhorreant, atque ex ea magna me spes tenet eos quoque, qui graecae linguae perscrutandae operam dent, fructum aliquem capere posse.

Atque artem Dosithei non integram ad nos pervenisse iam pridem est intellectum. Cf. Jeep, Redeteile p. 14. Longe plurima fragmenta exstant in codice Sangallensi 902 (S), pauciora, at tamen satis magna in Harleiano 5642 (H) et in Monacensi 601 (M). Etiam in monasterio bobiensi, in plenissimo illo librorum horreo, exemplar quondam fuisse testimonio est index bibliothecae; cf. Becker,

Catal. biblioth. ant. 32, 414. Sed huius exemplaris alia adhuc nulla exstant vestigia. Nonnullae autem artis Dosithei particulae iam ante Keilium publici iuris factae sunt. Edidit enim anno 1862 Franciscus Oehler Mus. rhen. vol. XVII p. 58—65 usus Sangallensis apographo, quod Niebuhr olim confecerat, graecis omissis c. I—X et anno 1869 Hermannus Usener, qui ipse illum codicem adierat, caput quinquagesimum.

De tota vero Sangallensis parte, quae ad artem Dosithei pertinet, quam ipse descripserat, fusius disputavit Henricus Keil primum anno 1871, cum principem illius libri editionem Halae emitteret[1]), iterum anno 1880, cum editioni teubnerianae prooemium adderet. Quae ibi scientissime exposuit, hic repetere est supervacaneum. Lectiones autem codicis, qui ei decimo saeculo ineunte scriptus esse videbatur, ita ex illis editionibus in meam transtuli, ut eas, quae levioris essent momenti, omitterem.

Non eadem cura reliquias monacenses a viro doctissimo tractatas esse brevi perspexi, cum codicem illum consueta Bavariorum liberalitate in hanc urbem transmissum diligenter examinarem. Nam cum ipse se eas tantum lectiones, quae sibi memorabiles viderentur, adnotavisse dixit, tum nonnulla ibi vidi exstare, quae eum praeterierant. Continentur autem Monacensis, quem eadem fere aetate scriptum esse, qua Sangallensis codex scriptus est, Keilius praef. p. 366 affirmavit, fol. 67—82 hae artis Dosịthei partes:

1. XVIII 1 ενικος ως το *Singulr ut* — XXVIII 5 ως το λεγεται *iustissimus dr̄ omnium*
2. XXX 1 *αντωνοματα pronomina* εισιν ως το *sunt ut* — XXXVII 10 *bene apud Sacerdotem studetur*
3. XXXVIII 7 *Sunt ṇomina* — 8 ο αναισυντος

1) Cf. de hac editione Hagen, Liter. Centralbl. 1871, p. 1268—1270.

4. XL 1 σημασιαι *significationes* — 18 *neque* μητε
5. XLIII 1 *Sunt aduerbia* — 7 δικαιως iure
6. XLV 1 *Praepositiones quae accusatiuo* — 6 μετα *re reuocare*
7. LI 3 συνπλεκτικοι *copulatiuae* — 11 και τουγε *quāquā*
8. LXI 3 *Interiectiones* — *subsequitur uerbum*
9. LXII 1 *Uenit mihi in mentem* — LXIX 3 *aeneida uirgilii.*

Ex adnotationis criticae p. 406 et p. 408 efficitur fugisse Keilium XXXVII 8 (*inpersonalia participia non habent)* — 10 *(bene apud Sacerdotem studetur)* et XXXVIII 7 *(sunt nomina)* — 8 (ο αναισυντος); quod nimirum ideo factum esse manifestum est, quia illi loci in marginibus foliorum inferiorum 67r et 69v additi ad libros de orthographia pertinere videbantur. Praeterea Keilium LXI 3 (fol. 76v) propterea non respexisse existimandum est, quod prima horum versuum verba in Sangallensi alia sunt; in hoc enim scriptum videmus: *sed haec Graeci aduerbio applicant,* in Monacensi: *interiectiones greci aduerbio applicant.*

In singulis vero lectionibus referendis perraro eum peccavisse animadverti, velut XL 1 non σημασια sed σημασιαι traditur in M, LXVIII 4 non *profectus mea sententia,* sed *profectus sententia mea.* De iis, quae e libris qui sunt de orthographia deprompta librarius hic illic in marginibus foliorum adscripsit, me alio loco acturum esse spero.

Non ita multo postquam septimum grammaticorum latinorum volumen in lucem prodiit, Carolus Krumbacher Harleianum indagavit, de quo primum exposuit anno 1883 Actor. Acad. regiae bavar. philol. p. 193 sqq., deinde copiosius anno 1884 Mus. rhen. vol. XXXIX p. 348 sqq. Huius codicis lectiones a Krumbachero collatas et a

Georgio Goetz benignissime mecum communicatas[1]) inspicienti mihi cum verendum esset, ne ea, quae ille excerpserat, non sufficerent novae editioni parandae, ut de omnibus locis certior fierem, folia 9—23 et 34—39, quae penitus pernoscere mea magnopere intererat, in Museo britannico photographice depingendas curavi.


Insunt autem in Harleiano haec artis Dositheï capita:

1. I 1 *INCIPIT. GRĀMTICA. DOSITHI* Τεχνη γραμματικη *Ars grāmatica* — XII 2 εν τουτο. *In hoc tune clytemestre fedasti uiscera ferro*
2. XVIII 1 ενικος . ως το . *singulr ut* — XXVIII 5 ως το λεγεται *ut iustissim' đr omniū*
3. XXX 1 Αντωνοματα *Pronomina* εισιν ως το *sunt ut* — XXXVII 8 σε . *te* . αυτον . *illum*
4. XL 1 Σημασιαι *significatiōs* — 18 μετε *neq;*
5. XLIII 1 *Sunt aduerbia* — 7 δικαιως . *iure*
6. XLV 1 *Praepositiones quae accust cas̄.* — 6 μετα *Re. reuocare*
7. LI 3 Συνπλετικοι *copulatiuae* — 11 και τογε *quamquā*
8. LXI 3 *Interiectiones* — *subsequitur uerbum*
9. LXVIII 1 Ευθυμει . *Bono animo est* — 10 το της φιλιας δικαιον εμιανεν . *ius amicitiae uiolauit*
10. LXXI 1 *VERBA QVAE PASSIVA TANTVM EFFERUNTUR* — LXXVII 8 *dedico* αφοσιω

Ac vetustate quidem Harleianus, quem Krumbacher nono vel decimo saeculo adsignavit, Monacensi et Sangallensi fortasse antecedere videtur, bonitate non item. Propius eum abesse ab illo quam ab hoc facile est intellectu. Cum vero lectiones Sangallensis et Monacensis adeo inter se consentiant, ut iam Keilius non dubitaret, quin hi codices ex uno archetypo ducti essent, Krumbacher bene collegisse iudicabitur, tres illos libros arto inter se

1) Cf. Wochenschr. f. kl. Philol. XXVII (1900), p. 990 sq.

cognationis vinculo contineri. Quae sententia etiam mirum quantum ea re confirmatur, quod Harleianum quoque et Monacensem in monasterio Sancti Galli exaratos esse idem vir doctus manifestis nisus indiciis comprobavit. Itaque scripturae mendis atque lacunis diligenter perpensis Mus. rhen. vol. XXXIX p. 348 hoc stemma proponi posse contendit:



Id quoque ibidem recte animadvertit singulares Sangallensis lectiones non tam prope accedere ad codicem y quam lectiones Harleiani et Monacensis inter se congruentes ad codicem z neque tamen dici posse illum semper longius ab archetypo abesse quam hos.

Cum vero Harleianum et Monacensem haud raro inter se differre pateat, sequitur, ut unoquoque loco diiudicandum sit cuius codicis auctoritas summa esse videatur.

Maximam autem difficultatem ad genuina scriptoris verba indaganda afferunt ea quae de declinatione pronominum capitibus XXX—XXXIV traduntur. Quod quo melius intellegatur, satis erit unum exemplum posuisse. Sexta igitur tricesimi alterius capitis paragraphus in Sangallensi ita extat: ʻαλλος αλλου και αλλη αλλης και αλλο αλλου alius alia aliud pl. αλλοι αλλων και αλλαι αλλων και αλλα αλλων alii aliae alia'; sed in Harleiano et in Monacensi haec inveniuntur:

$\overline{M}$ [1])	alius	alius
	αλλος	αλλου
	alia	alius
	αλλη	αλλης

1) $\overline{F}$ *H*

	aliud	alius
P_1[1])	αλλο	αλλου
	alii	alior̄
	αλλοι	αλλω̄
	aliae	aliarū
	αλλαι[2])	αλλαιω̄
	alia	aliorum
	αλλα	αλλιον

Eodem modo cum in reliquis pronominibus percensendis codices se haberent, operae pretium non esse ratus varias lectiones ad unam omnes adnotare ad Keilium ita me applicavi, ut Sangallensis ordinem conservarem.

De graeco sermone Dosithei postmodo videbimus; iam hic scias volo, ne apparatus criticus meris nugis oneraretur, me Keilii exemplum esse secutum in graecis multa quae non tam ex diversitate scripturae quam ex neglegentia quadam vel vitio pronuntiationis nata sunt omittentis. Quin etiam non dubitavi in hac re non nunquam longius illo procedere. Neque enim ut perpauca afferam, quidquam referre puto in hoc vel in illo codice commutari inter se α et λ litteras (παηκτες, χ̧λιρω), δ et λ (διαδογιζομαι, επιτηλευω), η et ν (ηενοηται, εκφωνηθνσεται) aut scribi υηστερα, ληικιας pro ἡ ὑστέρα, ἡλικίας, alia id genus innumerabilia.

Haec de libris manuscriptis in medium proferre satis habeo; sed nonnulla addere haud ab re duxi, quae ad verba latina artis Dosithei redintegranda non parum valere nemo facile negaverit.

Recentiore enim memoria de multis rebus ad illam pertinentibus prorsus aliter quam quondam licebat iudicare didicimus. Hodie constat Dositheum cum enchiridion quasi

1) *om. H*

2) N̄ ϰ̧ *ante* αλλα *H*

quoddam componeret, quo Graeci ad linguae latinae studium incumbentes commode uterentur, Cominiani artem grammaticam in suam rem convertisse. Indidem Charisius, qui Cominiano praeceptore usus erat, multa se petivisse ipse aperte indicavit, quae quam late pateant, ego nuper pro mea parte conatus sum demonstrare. Eiusdem doctrinae vestigia persequi mihi licuit in Excerptis quae vocantur Bobiensibus et in idiomatibus, quae exstant in codice Parisino 7530 collecta, et in glossis quae falso Cyrilli esse dicuntur. Haec omnia uberius a me disputata invenies in libro, qui inscribitur Cominianus, qui Lipsiae anno 1912 prodiit; quae me iis, qui in his litteris multum et saepe versati sint, probavisse pergaudeo.

Unde efficitur, ut illis quoque quae modo enumeravi litterarum monumentis nonnihil adiuvemur ad artem Dosithei quoad eius fieri potest in antiquum statum restituendam. Quibus addi potest Diomedes grammaticus, cui exemplar Charisii minus corruptum praesto fuisse plus uno loco apparet. Scrupulum, quem in hac re Paulus Wessner sibi residere dixit[1]), alias fortasse ex animo eius evellere conabor.

Sed valde dolendum est, quod Keilius editione sua non omnia complexus est, quae in codice Neapolitano scripta non omnino videntur a Charisio aliena esse. Partem eorum quae pertinet ad caput duodeseptuagesimum Georgius Goetz ex Loewii apographo sed non imitatus compendia et additis numeris primum anno 1888 exprimendam curavit in Ind. lect. aest. Jen., deinde anno 1894 quinto glossariorum latinorum volumini inseruit. Ex iis autem, quibus respondent capita LXXI—LXXVII, Keilius ipse pauca quae a Georgio Thilone descripta habebat in adnotationem recepit.

---

1) Berl. phil. Woch. XXXII (1912), p. 1679.

Sed haec hactenus; nunc ad interpretationem graecam contemplandam transeamus. Quin huius auctor Dositheus ipse fuerit, iam dubium esse non potest, quoniam latinis verbis Cominiani artem adumbrari docuimus. «Sed», ut Keilii verbis utar, «primis tantum artis grammaticae partibus integra interpretatio addita est; post expositionem nominis graeca verba primum neglegentius latinis interposita, deinde prorsus omissa sunt». Quod utrum Dosithei consilio an incuria librariorum factum sit diiudicari non potest. Mihi quidem hoc probabilius videtur quam illud.

Qua vero aetate floruerit Dositheus, ut accuratius definiremus, nobis nondum contigit. Natione Graecum eum fuisse cum per se sit verisimillimum tum confirmatur locis nonnullis, velut capite tricesimo quinto, quo περὶ συνθέσεως μεσοπτώτων ὀνομάτων pauca addidit graeca lingua usus, et verbis quae scripta videmus X 5: ὡς ἡμεῖς λέγομεν καταχρηστικῶς; cf. XXXII 4 τὰ δὲ ἑλληνικὰ τοῦ πληθυντικοῦ ταῦτα, 16 ὁποῖον δὲ ὁποίου ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς οὐ κλίνεται, LXVIII 5 'sexus δὲ κυρίως ἐπὶ γυναικῶν λέγεται', alia id genus. Quin etiam ipse patriam suam videtur significavisse, cum XXI 1 pro exemplis quae apud Cominianum invenerat 'Afer, Dacus' suo Marte Φρύξ Γαλάτης substitueret. Quare eum ex Asia Minore oriundum fuisse coniectura ducor ad suspicandum. Atque Christianorum doctrinam eum professum esse iam libri, qui Cominianus inscribitur, p. 96 disserui. Quodsi quis coniectare ausus erit grammaticum eundem esse atque Dositheum, scriptorem ecclesiasticum in Cilicia natum, cuius aetas in quartum saeculum fere medium incidit, de quo cf. Juelicher PWR V p. 1609, equidem non repugnabo, verumtamen a re incerta adsensionem cohibebo, dum graviora argumenta allata sint.

Rationem a Dositheo in verbis graecis latinisque collocandis susceptam Krumbacher Mus. rhen. vol. XXXIX

p. 356 sqq. tam diligenter explanavit, ut in Harleiano et Monacensi pristinum fere ordinem servari pro certo habeamus. De utroque autem codice possunt dici, quae Keilius praef. p. 366 sq. de Monacensi, quem solum noverat, in medium protulit: «In singulis», inquit, «paginis plerumque quattuor, raro plures vel pauciores laterculi versuum vicenorum et quaternorum [1]) ita scripti sunt, ut primum graeca, deinde in altero laterculo iuxta posita sint latina vocabula; interdum etiam . . . latina superscripta sunt graecis». Ab hac consuetudine in Harleiano non recedi animadvertimus nisi XXXIV 7 et LXXII—LXXVII, ubi latina verba graecis praeponuntur, paulo saepius, verumtamen satis raro in Monacensi; est praeter XXXIV 7 hisce locis; XL 4 *sat* ικανον — *affatim* κατακορως, XL 10 *quotienscumque* οσακισδηποτε — 12 *tunc* τοτε, XL 17 *mea* εμα — 18 *neque* μητε, XLIII 3 *iusto* δικαιως *merito* αξιως — 5 factu τω γενεσθαι, LI 4 *causales* αιτιολογικοι — 6 *tandem* δηαρα. Quodcontra in Sangallensi «graeca verba . . . cum latinis ita mixta sunt, ut singulis vel paucis latinis subiciatur graeca interpretatio». Sed hic quoque nonnulla prioris verborum collocationis vestigia relicta esse neminem fugiet, qui animum ad capita XXXI—XXXIV, quibus pronomina enumerantur, vel ad caput quadragesimum quintum, quo praepositiones tractantur, diligenter attenderit. Quae cum ita essent, artem Dositheí a me in capita ac paragraphos divisam ita disposui, ut graecorum verborum contextum ad sinistram habeas.

Jam hic locus est, ut de sermone quo usus est Dositheus inquiramus, quantum ad textum recte constituendum opus sit.

1) In Herleiano triceni bini versus esse solent.

Consentaneum est eum, qui non ante quartum p. Chr. n. saeculum medium fuerit, non solidam atque expressam atticae linguae imaginem reddere, sed talem prae se ferre sermonem, qualem eruditi id aetatis homines adhibere consueverant. Quod quam late pateat nunc omitto; satis habeo commemorare singula, quae ut uno in conspectu videamus optabile est.

Atque ut inde exordiar, *ι ἀνεκφώνητον* tribus locis servatam deprehendimus bis in H II 1 προσαιδεσθην (= προσᾴδεσθαι) atque X 7 αρισται et semel in S XXXVI 2 αποαιτητικηι.

Vocis *πλείων* prior syllaba semper longa est excepta forma πλέον, quae XL 3 (ω) et LXVIII 6 (S) invenitur II 2 codicibus H S πλεῖον atque πλειόνων et V 3 πλεῖον exhibentibus.

γίγνομαι non effertur nisi altera gamma deleta, velut γίνομαι γίνεται, variatur in formis verbi *γιγνώσκειν*, velut IV 3 γινώσκεσθαι et XXXVI 2 ἀναγιγνώσκω legimus.

ρσ ubique scriptum videmus, non *ρρ*: XVII 3 (ἀρσενικόν bis) 4 ἀρσενικῷ (bis) XXXII 12 (ἀρσενικόν).

ττ pro *σσ* non exstat nisi quattuor locis: VIII 3 X 8 (ἔλαττον) XIX 4 (παραφυλάττεται) 5 ἡττήθη. Accedit II 1, ubi S γλωττη H γλωσση praebet. Reliquis omnibus locis, quos enumerare longum est, codices in hac re consentire apparet.

Praepositiones, quae *elisionem* pati possunt, vocalibus sequentibus novissimam litteram deponere solent velut παρ' ἡμῖν, μεθ' ἡμέραν, καθ' ἑαυτά, ἐπ' ὀλίγον, δι' ἐκεῖνον, similia. Sed μετά praepositio videtur aliter se habere, ubi a genetivo ἄλλων excipitur. Legimus enim haec:

VII 5 μεταλλων *H* μετα αλλων *S*
VIII 5 μετα αλλων *H* μεταλλων *S*
VIII 1. 2. 3. 4 μετα αλλων *H S*

Unde efficitur, ut lectio μετὰ ἄλλων genuina sit. Κατά praepositio autem quamquam posteriorem α servavit ante vocalem XLIII 2 (κατὰ ἄκρον), tamen Keilium XL 5 pro tradita lectione καταδιαν recte κατ' ἰδίαν non κατὰ ἰδίαν scripsisse verisimile mihi est XLIII 3 in omnibus libris manuscriptis κατ' ἰδίαν exstare reputanti. XIX 2 ἀπὸ Αἰνείου et XXVII 4 ἀπὸ ἐπιρρήματος in ω obviam fiunt, cum postea scripta sint ἀφ' ἡμῶν XXX 1 ἀφ' ὑμῶν XXX 2 ἀφ' ἑαυτοῦ ἀφ' ἑαυτῆς ἀφ' ἑαυτῶν XXXIV 7.

Praeter praepositiones ἀλλά coniunctio digna est quae respiciatur. De huius elisione nihil certi statui posse ex hisce locis discimus:

IV 3	ἀλλὰ ἐν ἐκείνοις *H*
	ἀλλ' ἐν ἐκείνοις *S*
XVI 3	ἀλλ' οὔτε *S*
XXVI 3	ἀλλὰ ὑπερτιθεῖ ω
	ἀλλ' ὑπερτιθῶ ω
XXVII 4	ἀλλὰ ἀπό ω
6	ἀλλ' ὅμως ω
XXVIII 1	ἀλλὰ οὗτος *HM*
	ἀλλ' οὗτος *S*

τοῦτ' ἔστιν quinquies reperimus XI 1 XXII 5 XXIV 2. 3 XXVII 4. His si addideris τοῦθ' ὅπερ V 5, ubi Keilius falso τοῦτ' ὅπερ scripsit, atque ἔσθ' ὅτε VIII 3 et XXXIX 3 bis positum, alia elisionis exempla ex arte Dosithei peti iam non poterunt.

Proximum est, ut κράσεως quae vocatur exempla proferamus. Quae non ita multa sunt. Habes igitur: XVII 4 τοὐναντίον — XXVII 7 in ω est ἐκ τοῦ ἐναντίου — XL 3 τοὐντεῦθεν 5 εἰς τοὐπίσω LI 6. 9 κἄν. Quod vero I 1 in H occurrit καναγνωσεων, hanc formam e ϗ (= καί) ἀναγνώσεων ortam esse probatur codice S και αναγνωσεως exhibente.

ν quod dicitur ἐφελκυστικόν paucissimis absolvere nobis licet. Etenim cum amplius centum septuaginta verborum

aut nominum aut adverbiorum formae occurrant, quibus illa littera adiungi possit, tum quattuor locis eam omnino non tradi permirum videtur neque abest suspicio, quin Dositheus sine ulla exceptione eam sive ante vocales sive ante consonantes usurpaverit. Itaque meum esse duxi XXIII 4 κάτεισιν XXIV 3 τοῦτ᾽ ἔστιν XXXVII 1 γεγόνασιν XL 6 ὕπερθεν contempta codicum auctoritate in textum recipere.

Neque οὕτως adverbii ultima littera unquam omittitur.

ἕνεκεν invenitur in enumeratione coniunctionum LI 4, ἕνεκα IX 4 et X 6 ante consonantes.

Iam transeuntibus nobis ad *declinationem* nominum et verborum haec notanda sunt:

Utrum Dositheus ὀρέων dixerit an ὀρῶν incertum est, cum alterum tradatur XV 3, alterum XXII 5.

XIII 1 βεβαίας legimus atque σύνθεται reliquis huius modi epithetis feminino genere carentibus. Etsi autem πλήρης nomen apud antiquos non nunquam indeclinabile esse non ignoro, tamen V 4 in hoc emendando Keilium sequi non dubitavi, quod eum locum gravius corruptum esse perspicuum est.

Quod contra a traditis lectionibus non recedens I 2 XII 1 XVII 6 XIX 3 τέτρασιν XXXVI 1 τέσσαρσιν XIX 7 τετράτῳ XII 6 τετάρτῳ XL 2 τετάρτην scripsi, cum quibus formis grammaticus ipse usus sit definiri non possit. Eodem modo iudicandum videtur de dativis δύο II 3 et δυσίν XX.

Pronomen *relativum* demonstrativi loco ponitur XV 4. 5 ἃ μέν — ἃ δέ — ἃ δέ et XVI 2. 3 ἃ μέν — ἃ δέ.

ὅδε pronomen abest a sermone Dosithei solum οὗτος adhibentis.

Pronominis *reflexivi* dativus αὑτῷ exstat LXVIII 2. 3, cum XXXIV 7 ἑαυτοῦ ἑαυτῆς ἑαυτῶν, reliqua deinceps declinentur.

II 1 offendimus in locutione *μιᾶς ἑκατέρας*, quae respondet latino pronomini 'uniuscuiusque'; I 1 VII 1 XV 2 'unusquisque' redditur graecis verbis εἷς ἕκαστος.

Verborum formas memorabiles litterarum ordine dispositas referam. Sunt hae:

ἀνοίγω LXXV 9
ἀποσυνιστῶ LXXVII 2
γεναμένων I 3 γεγόνειν, γεγόνεις reliqua deinceps XXXVII 2
εἴωθες LXVIII 5
εὕρατο LXVIII 2
ζέειν (*S* ζειν *HM*) XXXVI 1
ἤμην XXXVII 1. 2
κιχρῶ LXXVII 4
ῥήσσω, ἀπορρήσσω, διαρρήσσω, εἰσρήσσω, περιρρήσσω LXXV 13
ὑπερτιθῶ ὑπερτιθεῖ XXVI 3.

Ad extremum nonnullas res ad *constructionem* spectantes proponam:

Verba, quae ad pluralia neutri generis pertinent tam singulariter quam pluraliter efferuntur, modo consideres II 5: τὰ μονοσύλλαβα, ἅπερ ἂν θέσει μακρὰ εἴη, ὀξεῖαν ἕξουσιν προσῳδίαν. ἅτινα δὲ φύσει μακρὰ ἔσται, περισπωμένῃ προσῳδίᾳ ἐκφωνηθήσεται.

Neque diligentiorem se praestitit grammaticus in usu modorum. Iam plane novo more optativus adhibetur XVII 2 εἶδός ἐστιν ᾧ νοεῖται, ἢ κύριον εἴη τὸ ὄνομα ἢ προσηγορικόν, ubi etiam ἤ — ἤ animadvertas priorum saeculorum scriptoribus inusitatum. Multo vero gravius est, quod ἐάν, ὅταν, ὅσπερ ἄν modo subiunctivis modo finitivis modo optativis iunguntur; cf. XII 4 ὅταν φωνῆεντι ἐκτεταμένῳ ἐπιφέρηται φωνῆεν 3 ἐὰν δὲ δύο σύμφωνα εἰς δύο συλλαβὰς εἰσιν διῃρημένα II 6 ἐὰν ἡ προτέρα φύσει μακρὰ εἴη.

Sed cum magis e verborum graecorum delectu quam e rebus grammaticis Dositheum aetate posteriorem fuisse cognoscamus, vocabula quae apud eum exstant iuniora vel insolita indice complexus in fine opusculi addidi. In quibus reperiuntur quaedam nova atque inaudita, velut συνδρωπακίζω LXXVII 5, in quo verbo perperam mutando viri docti frustra desudaverunt. Nam cum Gl L II 218 inveniamus: 'δρωπακίζω pilo', ea, quae illo loco exstant 'συνδρωπακίζω compilo' recte se habere non est, quod fusius explicemus.

Haec habui, quae in praesentia de graeco Dosithei sermone in medium proferrem.

Restat, ut gratias agam quam plurimas Ottoni Rossbach, quod me in hac editione paranda consilio adiuvit, et Curtio Woldt, quod in plagulis corrigendis socium se mihi praebuit impigerrimum.

Dat. Regimontii mense Februario anni MCMXIII.

NOTARUM CONSPECTUS

S = codex Sangallensis 902 s. X in.

H = codex Harleianus 5642 s. IX/X.

M = codex Monacensis 601 s. X in.

ω = H M S inter se congruentes.

Char. = Charisius.

Exc. = Excerpta Bobiensia.

Diom. = Diomedes.

Comin. = Tolkiehn, Cominianus Lipsiae 1910.

p. 376. 377 K.

I. Τέχνη γραμματική ἐστιν γνῶσις διωρθωμένης ὁμιλίας
ἐν τῷ λέγειν καὶ ἐν τῷ γράφειν ποιημάτων τε καὶ ἀναγνώ-
σεως ἔμπειρος διδασκαλία. γραμματικός ἐστιν ὃς ἑνὸς ἑκά-
στου πράγματος τὴν δύναμιν καὶ τὴν κυριότητα δύναται σα-
2 φηνίσαι τῇ λαλιᾷ. τῆς τέχνης τῆς γραμματικῆς ἡ τάξις συνέ-
στηκεν μέρεσιν τέτρασιν, ἀναγνώσει διορθώσει ἐξηγήσει κρίσει.
3 ἀνάγνωσίς ἐστιν ποικίλη ἑκάστης γραφῆς ἐκφώνησις δουλεύουσα
τῷ ἀξιώματι τῶν προσώπων καὶ ἐκτυποῦσα τὸ σχῆμα τῆς ἑκά-
στου ψυχῆς. διόρθωσίς ἐστιν ἐπανόρθωσις τῶν πλανῶν τῶν
διὰ γραφῆς ἢ λέξεως γεναμένων. ἐξήγησίς ἐστιν ἀσαφῶν
διανοιῶν καὶ ζητήσεων διήγησις. κρίσις ἐστὶν ᾧ τὰ ποιήματα
4 καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς διαρτῶμεν καὶ διασταθμώμεθα. τῆς
τέχνης τῆς γραμματικῆς αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ τῶν στοιχείων ἐγείρον-
ται, τὰ στοιχεῖα || τυποῦνται εἰς γράμματα, τὰ γράμματα συνά-
γονται εἰς συλλαβάς, συλλαβαῖς περιλαμβάνεται λέξις, αἱ λέξεις
συνάγονται εἰς μέρη λόγου, ὁ δὲ λόγος εἰς ἀρετὰς καὶ εἰς
ψόγους κάτεισιν.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩΙΔΙΩΝ

II. Προσῳδία ἐστὶν μιᾶς ἑκατέρας συλλαβῆς ἴδιος [κύριος] ἦχος [τόνος], ὃν ἐν τῇ ἑλληνικῇ προσῳδίαν λέγουσιν [καλοῦσιν]. προσῳδία παρὰ τὸ προσᾴδεσθαι. προσῳδίαι ἐν τῇ ἑλληνικῇ

INCIPIT GRĀMTICA DOSITHEI *H* INCIPIT GRAMMATICA DOSITHI MAGISTRI *S* **2** σραφειν *H* καναγνωσεων *H* **5** συνεκτηκέν *S* **6** αναρνωσει *S* **7** ποκαιλη *H* **8** εκαστουχης *H* πλανων τινων δια *H S* *corr. Keil* **10** γραφιης *H* | γενομένων *Keil* εξηγεσις *H* εξεγρησις *S* | αποισι υφων *H* ακαφων *S* ασαφων *Keil an* ἀποκρύφων? **11** διωρεωσεως *H om. S* διήγησις *Keil* | ἐστίν *om. S* **12** διαρτομεθα *H* | διασταθμομεα *H alterum* τῆς *om. H* **13** στιχι *H* **14** τυποινται *H* **15** συλλαβαῖς *om. S emend. Keil* αι σιλλαβαι περιλαμβανεται εις λεξεις *H* cf. *W. f. kl. Phil. 1910, 990* **16** ὁ δὲ λόγος *om. H* **17** ψογοις *H* **19** προσδιō *H* | κυριον *H* κύριος, τόνος, καλοῦσιν *seclusi* **20** ἐν *om. S* | προσῳδίαν *om. S* **21** προσαιδεσθν *H* προσωδια *H* | ελληανικη *H*

I. Ars grammatica est scientia emendati sermonis
in loquendo et scribendo poematumque ac lectionis pru-
dens praeceptum. grammaticus est qui uniuscuiusque
rei vim ac proprietatem potest explanare loquela. artis 2
grammaticae officium constat partibus quattuor, lectione
emendatione enarratione iudicio. lectio est varia cuius- 3
que scripti pronuntiatio serviens dignitati personarum
exprimensque habitum animi cuiusque. emendatio est
recorrectio errorum, qui per scriptum dictionemve fiunt.
enarratio est obscurorum sensuum quaestionumque narratio.
iudicium est quo poemata ceteraque | scripta perpendimus
et discernimus. artis grammaticae initia ab elementis 4
surgunt, elementa figurantur in litteras, litterae coguntur
in syllabas, syllabis comprehenditur dictio. dictiones co-
guntur in partes orationis, oratio in virtutes ac vitia
descendit.

DE ACCENTIBVS

II. Accentus est unius cuiusque syllabae proprius sonus, quem Graeci προσῳδίαν dicunt. accentus quasi accantus. accentus in graeca lingua sunt VII, in latina V,

---

I. *Diom. 426, 12—427, 2* II.—IIII. *Diom. 430, 29—435, 21 Donat. 371, 1—372, 13 Explan. in Don. 524, 19—525, 17 Victor. 192, 14—194, 8 Audax 329, 12—331, 11*

---

2 *Locus corruptus, cf. W. f. kl. Ph. 1912, 477* 6 enarratione *H* narratione emendatione *Diom. cf. W. kl. Ph. ll.* 8 cuiusque animi *H* animi habitum cuiusque *Diom.* 9 per scripturam *Diom.* 11 DE IVDICIO Iudicium *S* | pemata *H* 12 et discernimus *om. S spatio vacuo relicto* 14 in syllabas *om. S* sillabae comprehenduntur dictionibus *H* syllabis comprehenditur dictio *S Diom. (Exc. cod. Paris. 7530)* 15 orationis *om. H* 18 accentum dicunt uocant *H* 19 adcantus *H*

γλώττῃ εἰσὶν ἑπτά, ἐν τῇ ῥωμαϊκῇ πέντε, ὀξεῖα βαρεῖα περι-
2 σπωμένη μακρὰ βραχεῖα. ἐν παντὶ μέρει λόγου ῥωμαϊκοῦ ὁμοίως
ὥσπερ τοῦ ἑλληνικοῦ ἢ ὀξεῖαν ἢ περισπωμένην προσῳδίαν τί-
θεσθαι ἀναγκαῖόν ἐστιν, οὐ πλεῖον δὲ ἢ μίαν ἢ ταύτην ἢ
3 ἐκείνην. ἡ γὰρ βαρεῖα τίθεται ἐπὶ πλειόνων. ἡ ὀξεῖα ὁπότε
παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς τρεῖς τόπους ἔχει, ⟨τὴν⟩ τελευταίαν καὶ
τὴν παρατέλευτον καὶ τὴν ταύτῃ ἔγγιστα συλλαβήν, παρ' ἡμῖν
δύο μόνον τόποις τίθεσθαι δύναται, ἐν τῇ παρατελεύτῳ συλ-
λαβῇ || ὡς τὸ [προανέγνως], ἢ ἐπὶ ταύτης, ἥτις τρίτη ἀπὸ τέ-
4 λους ἐστίν .ἡ περισπωμένη, ἐὰν τὸ μέρος τοῦ λόγου τριῶν
ἢ πλειόνων ἔσται συλλαβῶν, οὐ τίθεται, εἰ μὴ τὸν παρατέλευ-
5 τον τόπον δυνήσεται εὑρεῖν, ὡς τό .τὰ μονοσύλλαβα, ἅπερ
ἂν θέσει μακρὰ εἴη, ὀξεῖαν ἕξουσιν προσῳδίαν .ἅτινα δὲ φύσει
6 μακρὰ ἔσται, περισπωμένῃ προσῳδίᾳ ἐκφωνηθήσεται .ἐπὶ τῶν
δισυλλάβων, ἐὰν ἡ προτέρα φύσει μακρὰ εἴη τῆς ὑστέρας συνε-
σταλμένης, ἡ προτέρα περισπασθήσεται, ὡς τὸ [ὧρα Ῥώμη].
ἐὰν δὲ ἡ ὑστέρα ἐκτεταμένη εἴη, ἡ προτέρα, εἴτε μακρὰ εἴτε
βραχεῖα ἔσται, ὀξυτονηθήσεται ἐξ ἀνάγκης ὡς τό .καὶ εἰ
ἀμφότεραι βραχεῖαι εἶεν, ὀξυτονηθήσεται ἡ προτέρα, ὡς τό .
7 ἐν τοῖς τρισυλλάβοις ἢ τοῖς τετρασυλλάβοις ἢ ἅπερ ἂν πλείους
συλλαβὰς ἕξει, ἐὰν ἡ παρατέλευτος συλλαβὴ βραχεῖά ἐστιν, ἡ
ταύτην προάγουσα ὀξυνθήσεται, ὡς τὸ [Τούλλιος Ὁρτήνσιος].
8 ἐὰν ἡ παρατέλευτος θέσει μακρὰ εἴη, αὐτὴ τὴν ὀξεῖαν ἕξει

---

1 γλωσση *H* | ὀξεῖα βραχεῖα *om. H* **4** μίαν] κειαν *H* εκειαν *S corr. Keil* **5** ἐκείνην] εκειαν *HS corr. Keil* **6** εχει τεαειταιον (τελευτ. *H*) και τον παρατελευτο *HS corr. Keil* **8** ε τ̄η παρατελες *H* συλλαβῇ *om. H* **9** προαννεγνως *H seclusi* **11** παραταλ *H* **12** ωις *H* | ηπερᾱτεσι *H* **13** εχουσιν *H* **14** ειται *H* εσειται *S corr. Keil* **15** προτεραν *HS corr. Keil* **16** ὧρα Ῥώμη *secl. Keil* **18** εται *H* | ως το νωμος *H* **19** οξιτονιθνησεται *H* | ως το θεως *H* **20** τρισυλλ η τοις τετρασυλλ *H* **21** συλλαβάς *om. S* εχει *H* | ηται ταυτῑ *H* ταυτη *S* ταύτης *Keil* **22** ω . ο Τουλλιος *H* τό *om. S* Τούλλιος Ὁρτήνσιος *seclusi* **23** θσσει *H* | εχει *H*

acutus gravis circumflexus – longus ˘ brevis. in omni 2
parte latinae orationis, item ut graecae, aut acutum aut
circumflexum accentum poni necesse est. nec amplius quam
unum vel hunc vel illum. nam gravis ponitur in pluribus.
acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et 3
paenultimam et ei proximam syllabam, apud nos duobus
tantum locis poni potest, in paenultima, ut praelegístis,
aut in ea || quae a fine sit tertia, ut praelégimus. cir- 4
cumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit syl-
labarum, non ponitur nisi paenultimum locum poterit
invenire, ut turbâre. monosyllaba, quaecumque positione 5
longa fuerint, acutum habebunt accentum, ut píx. quae
natura longa erunt, circumflexo accentu pronuntiabuntur,
ut rês. in disyllabis, si prior natura longa erit posteriore 6
correpta, prior circumflectetur, ut hôra Rôma; si posterior
producta sit, prior, seu longa seu brevis fuerit, acuatur
necesse est, ut léges sálus; et si ambae breves sint,
acuetur prior, ut déus hómo. in trisyllabis tetrasyl- 7
labisve aut quae plures syllabas habebunt, si paenultima
brevis fuerit, quae eam praecedit acuetur. ⟨ut Tullius
Hortensius⟩; si paenultima positione longa fuerit, ipsa 8

---

1 accutus *S* | – *et* ˘ *om. H* 2 orationis latinae *S* | item] similiter *H* 3 circumflexus *H* 4 aut hunc *H* 5 accutus *S* | et peneultimum *S* 6 antepeneultimam *H* ultimum paenultimum antepaenultimum *Diom.* | syllabam *om. S Diom.* 7 potem *H* | praelegistis *H S* praelegisti *Keil, qui ubique accentus notas add.* que tertia a fine est *H* 12 fuerit accutum *S* acentus *H* | ut pix *om. H* quae autem *H* 13 erit *H S corr. Keil* 14 ut res *om. H* | dissillabis *H* 15 ora *H* hora Roma *om. S* 16 br. sit *H* 17 est ut *om. S* | salus *om. H* sal'u *S* 18 ut *om. S* | homo *om. H* | trissillabis *H* aut tetrasiłł *H* in trisyllabis autem et tetrasyllabis *Diom.* 19 habent *H* | peneultima *S* 20 ut Tullius Hortensius *add. Keil*

9 προσῳδίαν, τὴν προάγουσαν δὲ βαρεῖαν ποιήσει ὡς τό .ἐὰν
ἡ παρατέλευτος συλλαβὴ φυσικῶς ἐκτεταμένη ἔσται, οὕτως ὥστε
τὴν τελευταίαν βραχεῖαν εἶναι, τὴν παρατέλευτον προπερισπά-
10 σομεν, ὡς τό .ἐὰν δὲ μακρὰ εἴη ἡ τελευταία, τῇ παρα-
τελεύτῳ ὀξεῖαν δώσομεν προσῳδίαν, ὡς τὸ [Ἀθῆναι Φιδῆναι].

III. Τὰ ἑλληνικὰ ὀνόματα, ἐὰν τοῖς αὐτοῖς γράμμασιν
2 προφέρηται, ἑλληνικὰς προσῳδίας ἕξουσιν. καὶ γὰρ ὅταν λέ-
γωμεν Θυιάς Ναίς, τὴν ὀξεῖαν ἕξει ἡ ὑστέρα προσῳδίαν, καὶ
ὡς Θεμιστῶ Καλυψῶ τὴν τελευταίαν περισπᾶσθαι ὁρῶμεν, ὅπερ
ἑκάτερον ὁ ῥωμαϊκὸς λόγος οὐκ ἐπιδέχεται, εἰ μὴ πάνυ ἀραιῶς
χάριν τοῦ διελεῖν τὸν νοῦν, ὡς ἀπαντᾷ ὁ ergo σύνδεσμος, ἐν
3 ᾧ ἡ τελευταία περισπωμένη καταλαμβάνεται. ὁμοίως ὡς τὸ
ἐπίρρημα pone τῇ ὑστέρᾳ ὀξεῖαν ἀναδέχεται, ἵνα μὴ εἴη ῥῆμα.

IIII. Ἔστιν δὲ σημεῖον τῆς ὀξείας προσῳδίας I πλάγιον
εἰς τὸ μέρος τὸ δεξιὸν ἀναβαῖνον, τῆς βαρείας προσῳδίας ση-
2 μεῖον I πλάγιον εἰς μέρος τὸ δεξιὸν καταβαῖνον. τὴν περι-
σπωμένην σημειοῦται προσῳδίαν C κάτω βλέπον. τὴν μακρὰν
προσῳδίαν πλαγίῳ τῷ I γράμματι σημειοῦνται, βραχεῖαν C ἄνω
3 βλέποντι. ἀλλὰ ἐν ἐκείνοις τοὺς τόνους, ἐν τούτοις τοὺς χρό-
4 νους γινώσκεσθαι <ὁρῶμεν>. τὴν δασεῖαν τὸ H προσγεγραμ-

1 ὡς τό *om. S* **2** ἡ *om. H* | παρατ̄ελ σιλ̄λ̄ *H* **3** τελευταταν *H* | προπερισπασομενην *H* **4** εαm *H* **5** δωμε *H* | προσῳδίαν *om. H* | ως θνναφῖναι (η *suprascr.*) *H* **7** εχουσιν *H* | λεγομεν *H* **8** καί *om. H* **9** ορωμαι *H* **11** χάριν] χκαρι *H* καρα *S emend. Keil* **12** καταλαμβαναται *H* **13** pone *om. H* | τρυστερα *H* **15** αναβανον *H* | σιμιο̄ ἐστῑ ὶ ὶ πλαγιο *H* σημιουται προ̄ς (*'ut videtur deleta* ρ *littera' Keil*) I πλαγιο̄ *S* **17** ⌒ *H* **18** βραχιονα *H* **19** βλεπομτι *H* | αλλ *S* **20** ὁρῶμεν *add. Keil cf. Comin. p. 109*

acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem
faciet, ut Catúllus. si paenultima naturaliter producta 9
erit, ita ut ultima brevis sit, paenultimam circumflectemus,
ut Cethêgus; si autem longa fuerit ultima, paenultimae 10
acutum dabimus accentum, <ut Athenae Fidenae>. |

III. Graeca nomina si isdem litteris proferentur,
graecos accentus habebunt. nam et cum dicimus <Thyias 2
Nais>, acutum habebit posterior, et cum <Themisto Kalypso>,
ultimam circumflecti videmus. quod utrumque latinus
sermo non patitur, nisi admodum raro sensus discernendi
gratia, ut occurrit ergo coniunctio, in qua posterior circumflexa
deprehenditur. item adverbium pone posteriore 3
acutum recipit, ne sit verbum.

IIII. Est autem forma acuti accentus I obliqua in
partem dexteram ascendens, gravis forma I obliqua in
partem dexteram descendens. circumflexum designat ac- 2
centum C deorsum spectans. longum accentum transversa
I littera notant, brevem C sursum spectante. sed in illis 3
sonos, in his tempora dinosci <vide>mus. aspirationem 4
H adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem·

---

1 accutum *H* | habet *H* **2** pen̄. sillaba *H* **3** fuerit *H* | peneultimum *S* | circumflectimus *H* **4** ut *om. S* | fuerit *H Diom.* erit *S* **5** accentum *om. H* | ut Athenae Fidenae *add. Keil* **7** etenim cum *H* Thyias Nais *add. Keil* **8** habet *H om. S* habebit *Oehler* accutum *S* et cum *om. H* | Themisto Calypso *add. Keil* **9** circumflectere videmur *H* **10** gratia discernendi sensus *H* **12** similiter ut aduerbium *H* | posterior *H* **13** ut non sit *H* **15** dextram *H utroque loco* | scandens *S cf. W. f. kl. Ph. 1911, 991* formaē I obliquaē *H* **16** descendens descendens *S* **17** spectantium *H* spectantum *S corr. Oehler* **19** sonus *HS corr. Oehler* addi noscimus *H* | videmus *ex Diom. 434, 6 restituit Keil* **20** asscripta *HS utroque loco* si autem non erit asscripta *H*

μένον παρέχει· ἐὰν δὲ μὴ εἴη προσγεγραμμένον, ψιλὴν ξηράν.
5 ταύταις προσβάλλουσιν τὴν ὑφέν, ὁπότε δύο ῥήματα ὡς εἰς
ἓν τῇ || ἐκφωνήσει συνάγομεν, καὶ τὸ σημεῖον αὐτῆς τοῦτο
ποιοῦσιν· ἑκατέρου ῥήματος τὰς ἔγγιστα συλλαβὰς ἐπικεκαμ-
6 μένῃ ὑποκάτωθεν ῥάβδῳ ζευγνύουσιν, ὡς ἔστιν .ὁμοίως καὶ
ἀπόστροφον ὁπόταν φωνῆεν τελικὸν ὑφαιροῦμεν. ταύτην οὕτως
σημειοῦνται· πρὸς τὸ ἄνω μέρος τοῦ συμφώνου, οὗ τὸ φωνῆεν
ὑφῄρηται, ἐπικεκαμμένον ῥαβδίον εἰς αὐτὸ βλέπον τιθέασιν ὡς .

ΠΕΡΙ ΣΤΙΓΜΗΣ

V. Στιγμή ἐστιν σιωπῆς σημεῖον, ἥτις ἐν τῷ ἀναγινώσκειν
δίδωσιν ἄδειαν τοῦ τὸ πνεῦμα ἀνακτήσασθαι, μὴ ἐν τῷ συν-
2 άπτειν ἐπιλείψῃ. αὗται τρεῖς εἰσιν, ὧν ἡ διαφορὰ τρισὶν νυγμαῖς
3 ἐν διαφόρῳ τόπῳ τεθειμέναις δηλωθήσεται. ὅπου πλήρης ἐστὶν
ἡ διάνοια, νυγμὴν παρὰ τὸ ἄνω μέρος τοῦ γράμματος τίθεμεν,
4 καὶ ἔστιν ἄνεσις τοῦ σχολάσαι ἐπὶ πλεῖον. ὅπου δὲ τῆς δια-
νοίας μηδέπω πλήρ<ους οὔσ>ης ἀναπνεῦσαι χρῄζουσιν, παρὰ
5 μέσον τὸ γράμμα δώσομεν νυγμήν. ὅπου δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ
τέλει τοῦ ἀπαρτίσαι τὴν διάνοιαν οὕτως ἀπαρτῶμεν, ὥστε
εὐθέως τοῦθ' ὅπερ ἕπεται ὑποβαλεῖν ὀφείλομεν, παρὰ τὸ κάτω
μέρος τοῦ γράμματος τῇ νυγμῇ σημειούμεθα. ||

---

1 εἴη] ει *HS corr. Keil* **3** αυτη *HS corr. Keil* **4** ενγιστας *H* **5** υποκατθεν παρδω *superscripto* ραβδω *S corr. Keil* ὑποκάτωθεν—ὑφαιροῦμεν *om. H post* ἔστιν *Keil lacunam indicavit* **6** αναστροφον *corr.* ανοστροφον *S emend. Keil* | φωννη τελικο *S corr. Keil* **7** σηνιτουνται *H* | φωνεν *HS corr. Keil* **8** ραβδ τον *H* | αυτον *H* | ὡς εστιν *H* **10** αναγνόσκειν (ω *superscr.*) *H* **11** το του πνευματος *H* **12** επιλψει *H* **16** πληρης *HS corr. Keil* | χρηζουσεις *H* χρηζουσες *S corr. Keil* **18** ουτος *H* ουτω *S* **19** τουτ οπερ ω

his adiciunt hyphen, cum duo verba quasi in unum pro- 5
nuntiatione colligimus, et formam eius hanc faciunt: utri-
usque || verbi proximas syllabas inflexa subter virgula
iungunt, ut est '*Turnus ut ante‿volans*'. item apostrophon, 6
cum vocalem ultimam subtrahimus. hanc sic notant: ad
caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam
virgulam, quae ad eam spectat, apponunt, ut '*tanton*' *me
crimine dignum*.

DE DISTINCTIONE

V. Distinctio est silentii nota, quae in legendo dat
copiam spiritus recipiendi, ne continuatione deficiat. hae 2
tres sunt, quarum diversitas tribus punctis diverso loco
positis indicatur. ubi plenus est sensus, punctum ad caput 3
litterae ponimus et est liberum cessare prolixius. ubi 4
sensu nondum pleno respirari oportet, ad mediam litteram
dabimus punctum. ubi sub ipsum finem implendi sensus 5
ita suspendimus, ut statim id quod sequitur subicere de-
beamus, imam litteram puncto notamus. ||

V. *Diom. 437, 9—438, 12 Explan. in Don. 533, 28—534, 4 cf. Comin. 110 n. 1*

---

4 Turnus] *Verg. Aen. IX 47* 7 *tanton'*] *Verg. Aen. X 668*

---

1 yfen *HS* **3** syllabas *om. S* | subter—subtrahimus *om. H* **4** *post* volans *Keil lacunam indicavit, qua diastoles definitio excidisset* | apostrofon *S* **7** ut est tantonme *H* tantonus me *S* **8** crimine dignum *om. H* **12** in diverso loco *H* in *om. S Diom. Explan.* **13** qui *HS* ubi *Explan.* **15** sensum *S* **16** ubi autem sub ipso fine *H* | sensum *S* **18** ad imum litterae *H* imam litteram *S Explan.*

ΠΕΡΙ ΦΩΝΗΣ

VI. Φωνή ἐστιν ἀὴρ πεπληγὼς αἰσθητὸς ἀκοῇ τὸ ὅσον
2 ἐφ' ἑαυτῷ ἐστιν. πᾶσα φωνὴ ἢ ἔναρθρός ἐστιν ἢ ἄναρθρος.
ἔναρθρός ἐστιν ἡ γράμμασιν καταληφθῆναι δύναται. ἄναρθρός
ἐστιν ἥτις γράφεσθαι οὐ δύναται.

ΠΕΡΙ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ

VII. Γράμμα ἐστὶν στοιχεῖον φωνῆς ἐνάρθρου. στοι-
χεῖόν ἐστιν ἑνὸς ἑκάστου πράγματος ἀρχή, παρ' οὗ λαμβάνεται
2 τὸ ἐπαύξημα καὶ εἰς ὃ ἀναλύεται. συμβαίνει [ἀντὶ τοῦ] ἑκάστῳ
γράμματι ὄνομα σχῆμα δύναμις. ὄνομά ἐστιν ᾧ προσαγορεύεται,
3 σχῆμα ᾧ σημειοῦται, δύναμις ᾗ ἰσχύει. τῶν γραμμάτων εἰσὶν
4 τὰ μὲν φωνήεντα, τὰ δὲ σύμφωνα. φωνήεντά ἐστιν ἃ καθ'
ἑαυτὰ ἐκφωνεῖται καὶ καθ' ἑαυτὰ συλλαβὴν ποιῆσαι δύναται.
5 ἔστιν δὲ τὸν ἀρθιμὸν πέντε, α ε η ι ο ω ου. ἐκ τούτων δύο ι καὶ
ου μετέρχονται εἰς τὴν τῶν συμφώνων δύναμιν, ὁπότε ἢ αὐτὰ
εἰς ἄλληλα ζεύγνυται ἢ μετὰ ἄλλων φωνήεσσιν ζεύγνυται, οἷον .
6 τῶν συμφώνων τὸ εἶδός ἐστιν διπλοῦν. ἔστιν γὰρ ἃ μὲν ἡμί-
7 φωνα, ἃ δὲ ἄφωνα. ἡμίφωνά ἐστιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἐκφω-
νεῖται, || ἀλλὰ καθ' ἑαυτὰ συλλαβὴν ποιῆσαι οὐ δύναται. ἔστιν
8 δὲ τὸν ἀριθμὸν ἑπτά .ἐκ τούτων διπλοῦν ἐστιν τὸ X. συνέ-

---

5 ἐστιν *om. H* **9** ἀντὶ τοῦ *secl. Keil* **10** ονονα *H* **11** εσῑ *H* **12** *post* σύμφωνα *in H* αλλη^ν ^insonae αφω^τ να, καθ *H* **13** ἐνφωνειται *H* κατεαυτα *lineola ɔ per τ ducta H* | στλλαβην *H* **14** ι καὶ ου] ι.υ (superscr. κ) *H om. S correxi* **15** τῶν] ω̄ *H* | αυτη *HS corr. Keil* **16** μεταλλων *H* | φωνηεσιν (superscr. εντι) *H* | οιον Iουνο vāt *H* **18** ενφωνηιται *H* **19** κατεαυτα *lineola ɔ per ε ducta H* **20** το ξ (superscr. xi) *H*

DE VOCE

VI. Vox est aer ictus sensibilis auditu, quantum in
ipso est. omnis vox aut articulata est aut confusa; arti- 2
culata est quae litteris comprehendi potest; confusa est
quae scribi non potest.

DE LITTERIS

VII. Littera est elementum vocis articulatae. ele-
mentum est unius cuiusque rei initium, a quo sumitur in-
crementum et in quod resolvitur. accidunt uni cuique 2
litterae nomen figura potestas. nomen est quo appellatur,
figura qua notatur, potestas qua valet. litterarum 3
sunt aliae vocales, aliae consonantes. vocales sunt 4
quae per se proferuntur et per se syllabam facere
possunt. sunt autem numero V, a e i o u. ex his duae, 5
i et u, transeunt in consonantium potestatem, cum aut
ipsae inter se geminantur aut cum aliis vocalibus iun-
guntur, veluti Juno vates. consonantium species est 6
duplex. sunt enim aliae semivocales, aliae mutae. semi- 7
vocales || sunt quae per se quidem proferuntur, sed per
se syllabam facere non possunt. sunt autem numero VII,

VI. *Diom. 420, 8—15 Don. 367, 4—7 Explan. 519, 15—18 Victor. 189, 8—13 Audax 323, 4—8* VII.—X. *Char. 7, 5—11, 5 Diom. 421, 14—423, 33 Don. 367, 8—368, 18 Victor. 5, 14—29*

2 quanto *S* 3 inarticulata *corr.* confusa *H* confusa *S et omnes gramm.* 4 inarticulata *H* est *om. H* 6 littera *S cf. W. f. kl. Ph. 1910, 991* 10 litterae nomen figura *om. S* 12 aliae sunt *Char. Victor.* 13 syllabam *om. S* 14 ex quibus duo *H* harum *Char. Don. Victor.* ex his *S Diom.* 15 quando aut ipsae *H* cum autem ipse *S* cum *grammatici* 16 iunguntur *H Char. Don. Vict.* coniunguntur *S* 17 vates *om. H* 20 syllabam *om. S* | numero *om. S*

στηκεν γὰρ ἢ ἐκ τοῦ g καὶ s, ὡς τὸ rex regis, ἢ ἐκ τοῦ c
9 καὶ s, ὡς τὸ pix picis. διὰ τοῦτο γράμμα ✝ ἀρνεῖται. ἄφωνά
ἐστιν, ἃ οὔτε καθ' ἑαυτὰ ἐκφωνεῖσθαι δύναται οὔτε συλλαβὴν
10 ποιῆσαι. ἔστιν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἐννέα .ἐκ τούτων περισσά
τισιν δοκιμάζεται τὸ k καὶ τὸ q, ὅτι τὸ c γράμμα τὸν τούτων
11 τόπον δύναται ἀναπληρῶσαι. καὶ τὸ h τῆς δασείας σημεῖον,
οὐχὶ γράμμα ὑπολαμβάνεται. τὸ υ δὲ καὶ τὸ ζ διὰ τὰ ἑλληνικὰ ὀνόματα προσβάλλομεν.

VIII. A γράμμα φωνῆεν, ὅπερ μὲν οὖν καθ' ἑαυτὸ ποιεῖ συλλαβὴν βραχεῖαν καὶ μακράν ὁμοίως δὲ συνεζευγμένον μετὰ ἄλλων καὶ προτασσόμενον καὶ μέσον καὶ ἐπὶ τέλους, ὡς τὸ Ahala· καὶ σημεῖον χρηματισμοῦ, ὁπότε Αὖλον μόνον ση-
2 μαίνει. e γράμμα φωνῆεν καθ' ἑαυτὸ ὀνομασθὲν ὁμοίως τε
μετὰ ἄλλων ζευχθὲν καὶ βραχείας ποιεῖ συλλαβὰς καὶ μακράς.
3 i γράμμα φωνῆεν ἔσθ' ὅτε μετερχόμενον εἰς τὴν τῶν συμφώνων
δύναμιν καθ' ἑαυτὸ οὐδὲν ἔλαττον καὶ μετὰ ἄλλων ἐζευγμένον
καὶ βραχείας ποιεῖ συλλαβὰς καὶ μακράς. σημεῖον ἀριθμοῦ,
4 ὁπότε ἕνα σημαίνει. o γράμμα φωνῆεν καὶ συστέλλεται καὶ
5 ἐκτείνεται καὶ μόνον καὶ μετὰ ἄλλων ζευγνύμενον. u γράμμα
φωνῆεν ‖ ἔσθ' ὅτε μετερχόμενον εἰς τὴν τῶν συμφώνων δύναμιν συστέλλεται καὶ ἐκτείνεται καὶ μόνον καὶ μετὰ ἄλλων συνεζευγμένον· σημεῖον ἀριθμοῦ, ὁπότε πέντε σημαίνει.

VIIII. F γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ἄρχεται συλλαβὴν
2 προτασσόμενον καὶ φωνήεντος καὶ ἡμιφώνου, ὡς τό .l γράμμα

1 εκ του γ (g supra) καὶ σ (s supra) *H* | regis *om.* *S* 6 και τεοτο Η (⊢ supra) λασει (ας supra) *H* και τοντε δασειας *S* *corr.* *Keil* 7 δὲ *om.* *H* τὸ *ante* ζ *om.* *H* 9 κατεαυτο *lineola* ɔ *per* τ *ducta* 11 ως το αλα *HS* *corr.* *Keil* 14 ζευγθεν *H* 16 αλιτō *H* 21 μεταλλων *S* 23 Φ *H* συλλαβη *S* ἐν συλλαβῇ *Keil* 24 l *Keil* Λ Η *om.* *S*

f l m n r s x. ex his duplex est x. constat enim aut 8
ex g et s, ut rex regis, aut ex c et s, ⟨ut⟩ pix picis,
ideoque littera negatur. mutae sunt quae nec per se 9
proferri possunt nec syllabam facere. sunt autem nu-
mero VIIII, b c d g h k p q t. ex his supervacuae qui- 10
busdam videntur k et q, quod c littera harum locum
possit implere. h quoque aspirationis nota, non littera 11
existimatur. y et z propter graeca nomina admittimus.

VIII. A littera vocalis, quae quidem per se facit
syllabam brevem et longam itemque conexa cum aliis
tam praeposita quam media finiensque, ut Ahala; nota
etiam praenominis, cum Aulum sola significat. e littera 2
vocalis per se nominata itemque cum aliis iuncta et bre-
ves facit syllabas et longas. i littera vocalis interdum 3
transiens in consonantium potestatem per se nec minus
aliis sociata tam breves facit syllabas quam longas; nota
numeri, cum unum significat. o littera vocalis tam cor- 4
ripitur quam producitur et singularis et cum aliis copu-
lata. u littera vocalis non || numquam transiens in con- 5
sonantium potestatem corripitur produciturque et sola
et cum aliis coniuncta; nota numeri, cum quinque
significat.

VIIII. F littera consonans semivocalis incipit syllabam
tam praeposita vocali quam semivocali, ut flumen fons.

1 x (ix *supra*) *H* **2** ut *add. Oehler* **3** multae *H* **4** neque *H* syllabam *om. S* **6** quia *Victor.* | litteram *H* **10** syllabam *om. S* connexa *H* **11** etiam *HS* tam *Char. Diom.* | ut ala *H* | notetiam *H* **12** solum *HS* sola *Char. Diom.* **13** breue *S* **14** syllabas *om. S* **15** nec minus etiam cum aliis *H* **16** et br. f. s. et l. *H* etiam br. f. quam l. *S* tam *Oehler* **17** etiam *HS* tam *Char. Diom.* **20** etiam sola *H* etiam solo *S* et *Keil* **21** iuncta *H* **23** syllabam *om. S* in syllaba *Keil ex Char. et Diom.* **24** praeposita tam vocali quam *H* | ut *om. S*

5 illud igitur erit rationis, hoc vocalitatis. illud vero est vitiosum, quod multi dicunt, largiter duriter, ignorantes rationem et nitentes auctoritate, cum et illi auctores, qui semel largiter ac duriter dixerunt, saepius large et dure
6 dixerint. sed nec hoc te <debet> praeterire, || quod nec

---

2 est *e Char. add. Keil* | compositum *S* conposita *Char.* 3 appellationi *S* appellationes *Char.* 5 quod *S* quia *Char.* 6 diminutionem *S* 7 adiungi *S* adici *Char.* 11 genetivus *Keil* genus *S* 12 miri, prudens *add. Keil* 17 sequitur *secl. Keil* sequius *vel* sequiter *Hagen* 19 vero *Keil* urō *S* uitiorum *S corr. Keil* 22 auctoritati *S corr. Keil* 24 debet *add. Keil* | quod difficilis quamquam sit comp̄ nec facilis forsitan nec difficilis rationē sequitur sed utrumque diffundit *S corr. Keil*

p. 412 K.

difficilis, quamquam sit compositum a facilis, rationem sequitur, sed utrumque confundit. et pro difficiliter dicimus difficulter. similiter et audax audacter, non audaciter.

XLIII. Sunt alia adverbia qualitatis, quae neque per e neque per ter efferuntur, sed per us, ὡς θεμελιόθεν ut funditus, οὐρανόθεν caelitus, ἀνθρωπόθεν humanitus, ῥιζόθεν stirpitus, ὀδάξ mordicus. item sunt quae in im ac 2
tim terminantur, ut πληκτικῶς caesim, συνεχῶς continuatim, ἁρπαγηδόν raptim, τροχαλῶς cursim, ἐσφιγμένως strictim, ἀγεληδόν gregatim, κεχωρισμένως separatim, ἰδίᾳ privatim, ἐκ μέρους partim, κατὰ προχώρησιν ἠρέμα pedetemptim, ἐκ τοῦ πρὸς ὀλίγον paulatim, κατὰ λεπτόν minutim, ἠρέμα λάθρᾳ sensim, κλεψιμαίως furtim, ἐπίτηδες deditim, δρεπτικῶς carptim, κατὰ ἄκρον summatim, εὐθέως statim, πανταχοῦ passim, ἐξαιρέτως praesertim, ἀμοιβηδόν vicissim. item
sunt quae in o terminantur, ut ἐπίτηδες consulto, ἀσφαλῶς 3
tuto, λάθρᾳ clanculo clandestino, διστακτικῶς dubio, πλαστῶς ψευδῶς falso, μάτην supervacuo, ταχέως cito, κατ' ἰδίαν secreto, διστιχῶς bipertito, τριστιχῶς tripertito, τετραστιχῶς τετραμερῶς quadripertito, τυχηρῶς fortuito, ἀορίστως ἀπεράντως infinito, εὐθέως continuo, πρώτως primo, προσδε-

4 alia *om.* *H M* | neque per—sed *om.* *H M* 5 per ter *Keil* per te *S* per us efferuntur *H M* 7 stirpitus *Keil* stripitus ω | ὀδάξ *Keil* δραξ ω | mordicus *Keil* morditus ω | item *om.* *H M* | et tim fiñ *H M* in sim ac tim terminantur *Hagen*, ac tim *secl.* *Keil* 8 caesim *Keil* cessim ω 9 partim *S* raptim *H M* 11 κατὰ προχώρησιν ἠρέμα *Hagen* κατα προλλευρεσιν ημαλλα *H* κατα προςμεγρεσιν ηαμα (αμμα *M*) *M S* 12 ἠρέμα λάθρα *Keil* ηεμαλατρα ω 13 κλεψιμεος ω *corr.* *Keil* | deditim *Keil* deiutim *H M* deuitim *S* | carptim *Keil* carpatim ω 15 item *om.* *H M* 16 ut *om.* *H M* 17 dubio *Keil* dubito ω 18 superuacuo *H M* superuituo *S* 19 διστιχῶς *Keil* διχιδως ω | τετραστιχιδως quadripertito τετραμερως quadripertito ω *(praepositis latinis S)*

δοκημένως opinato, δηλαδή profecto, μεγάλως magno, σπανίως
raro, δικαίως ἀξίως merito, ἀναξίως inmerito, ἀμελῶς otio,
4 πυκνῶς crebro, παντελῶς omnino, αὐθαιρέτως ultro. item
sunt quae in am terminantur, ut λάθρα clam, μάτην nequiquam, φανερῶς palam, ἐξ ἐναντίας obviam, διχῶς bifariam,
τριχῶς trifariam, τετραχῶς quadrifariam, πολλαχῶς multi-
5 fariam, φανερῶς coram, προπετῶς ἄλλως perperam. sunt
quae in u terminantur, ut τῷ λέγεσθαι dictu, τῷ γενέσθαι
6 factu. item sunt quae in a terminantur, ut μάτην frusta,
7 ⟨ἐπίτηδες dedita⟩, ἀδίκως iniuria. sunt alia in e ⟨vel ter
sine⟩ prototypo, velut προπετῶς temere, πολυτελῶς abunde,
8 δικαίως iure, ἐν τῷ αὐτῷ obiter. item haec adverbia πρωτότυπον non habent, velut post posterius postremum, supra || superius supremum, infra inferius infime, ⟨prope⟩ propius proxime, extra exterius extremo, ultra ulterius ultimo, citra citerius citime. penes et penitus non habent ex se comparativa nec superlativa, ut supra scripta adverbia.

XLIII 8. *cf. Diom. 408, 4 sqq.*

---

1 opinato *Keil* ornato ω 2 iusto *inter* δικαίως *et* ἀξίως *H M* | immerito *H* | ocio *H* 3 αὐθαιρέτως *Keil* αυταυρεθως ω | item in am λαδρα clam *H* item in am clam λαθρα *M* 4 nequiquam ματην (ματειν *H*) deiutam επιτηδες palam ω dedita ἐπίτηδες *Hagen infra posuit* 7 perperam ram *H* | sunt quae *om. H M* 8 ut *om. H M* 9 item sunt quae *om. H M* | ut *om. H M* 10 ἐπίτηδες dedita *huc transposuit Hagen* | sunt alia *om. H M* | vel ter sine *add. Keil* 11 prototypo velut *Keil om. H M* | πρωτοτυπου uū *S* προπετῶς *Keil* προποτως ω 12 ἐν τῷ αὐτῷ obiter *om. H M* 13 velut *Keil* uum *S* 14 prope *add. Keil*

p. 413 K.

DE PRAEPOSITIONE

XLIIII. Praepositio est pars orationis, quae prae-
posita alii parti orationis significationem eius immutat
aut implet aut simplicem servat, ut inscribo. praeposi- 2
tionum aliae semper componuntur cum aliis partibus ora-
tionis, ita ut ⟨in⟩ unitatem veniant neque umquam se-
paratim dicantur. sunt autem hae, con co re di dis am
se, ut conplector coarguor resero diduco discurro amplector
secedo. aliae sic separantur, ut numquam in unitatem 3
veniant cum aliis partibus orationis, ut apud penes.
aliae et coniunguntur et separantur, ut sub ex in de
pro ab.

XLV. Sunt praepositiones quae accusativo casui serviunt, ut πρός ad, παρά apud, πρό ante, κατέναντι contra adversum, περί circa, ἐντός cis, ἐντός citra, περί circum, περί circiter, περί erga, ἐκτός extra, ἐντός intra, μεταξύ inter, ἐγγύς ἐντός iuxta, ὑποκάτω infra, κατά in, διά ob, μετά post, διά propter, ἐγγύς prope, ὀπίσω ὄπισθεν pone, παρεκτός praeter, ἐντός penes, διά per, ὑπό subter subtus

XLIIII. *Char. 230, 3—32 Diom. 411, 14—415, 11, cf. Comin. 94—101*

2 praeposita aliqua parte *S* alii parti *Keil Char.* **3** immutat aut implet aut *Keil* imitat atque impleta in *S* inmutat aut simplicem servat *Char.* **6** in *add. Keil* **7** am *Keil* an *S* **9** numquam *Keil* umquam *S* **10** aliis participiis ut *S corr. Keil* **11** coniunguntur *Keil* continentur *S* **13** Praepositiones quae accusatiuo casui seruiunt hae sunt *H M* sunt praepositiones quae accusatiuo casui tantum seruiant *S*
contra aduersu
14 πρό *Keil* προτου ω | κατεναντι *H* κατεναντι adūsū, *ante* κατεναντι *adscr.* contra *M* adversum *om. S* adversum κατέναντι contra κατέναντι *Keil*
ci
15 ἐντός *ante* citra *Keil* εκτος ω extra *M* **17** ἐντός *post* ἐγγύς *om. H M*
sub_
19 υπο. κατα Secđ subt̄ subt' *M* (*similiter H*)

sub, κατά secundum, ἐπάνω super, ὑπέρ supra, πέραν trans,
2 μέχρις usque, ὑπέρ ultra. sunt praepositiones quae ablativo
casui serviunt, ut ἀπό a, ἀπό ab abs, μετά cum, ἐπί coram,
περί de, ἐκ ἀπό ex, ἐν in, ὑπέρ pro, διά prae, ἄνευ χωρίς sine,
3 περί super, ὑπό sub, μέχρι tenus; utriusque casus, in sub
super subter, ut πρὸς Σακέρδωτα ad Sacerdotem, πρὸ τοῦ
βήματος ante tribunal, περὶ τὴν σχολήν circa scholam,
περὶ τὰ τείχη circum muros, ἐντὸς Ῥήνου cis Renum, κατέ-
ναντι τοῦ Τιβέρεως contra Tiberim, ἐντὸς ὅρου citra ter-
minum, περὶ τὰ τέκνα erga filios, ἐκτὸς πόλεως extra civi-
tatem, ἐντὸς τειχῶν intra muros, μεταξὺ φίλων inter amicos,
ἐγγὺς τῆς || βασιλικῆς iuxta basilicam, ὑπὸ τῇ πόλει infra
muros, κατὰ πατροκτόνου in parricidam, διὰ τὴν ὀργήν ob
iram, μετὰ χρόνον post tempus, δι' ἐκεῖνον propter illum,
ὀπίσω ἐκείνου pone illum, παρεκτὸς ἐμοῦ praeter me, ὑπὸ τὴν
κλίνην subtus lectum, ὑπὸ σκιάν sub umbram, ἐπάνω ἐπὶ τοῦ
βουνοῦ super collem, ὑπὲρ τὴν τύχην supra fortunam, πέραν
τοῦ Τιβέρεως trans Tiberim, μέχρι θαλάσσης usque ad mare,
4 ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν ultra aetatem; ablativi casus sunt, διὰ
τοῦ πολέμου prae bello, χωρὶς τοῦ παιδός sine puero, μέχρι
5 ἥβης tenus pube; communes, κατὰ πατροκτόνου in parrici-
dam, ἐν ἀγρῷ in agro, εἰς ἀγρόν in agrum, περὶ Πριάμου
super Priamo, ἐπάνω βουνοῦ super collem, ὑπὸ τῇ στέγῃ

---

1 πέραν—2 quae *om. H M* 2 ablatiuo seruiunt *H M* 3 ut *om. H M* 4 ἐκ ἀπό *Keil* καπο ω | ἄνευ *Keil* ανχυ *H* ανσυ *M S* 6 subter *om. S* | ut *om. H M* | προσακερδοτα ω *corr. Keil* 7 scholam *Keil* scolam ω 9 ἐντὸς ὅρου *Keil* εκτος ορου ω 11 τειχως *H* τηχως (ει *supra*) *M* 12 γυςτηβασιλικης ω *corr. Keil* 13 πατροκτόνου *Keil* προσκοπη ω δια τη οργε ω *corr. Keil* 18 τοῦ Τιβέρεως *Keil* την τυβερην *H M om. S* | usque mare *H M* 19 casus sunt *om. S* | διὰ τὸν πόλεμον *Hagen* 20 παιαδος *S* παιδιου *H M* 21 in parricidam *om. H* communis in parcidam *S* [in parridam κατὰ πατροκτόνου] *Keil cf. Comin. 97* 23 τῇ στέγῃ *Keil* τῆστῆ *S* τῆστη (*rasura supra* η) *M* τῃστη *H*

p. 414. K.

sub tecto, ὑπὸ τὴν σκιάν sub umbram. verbis autem ap- 6
tantur hae, ἀπό as aspellere, διά di diducere, διά dis disicere,
σύν co coemere, μετά con convertere, διά se secernere, μετά
re revocare. inter eas quae accentu mutato in adverbia 7
cadunt hae sunt, infra intra supra ultra citra circa iuxta contra subtus coram ante post.

XLVI. In praepositio significat modo id quod est valde et vim verbi cui praeponitur auget, ut increpuit insonuit: Vergilius

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos.

modo significat idem quod non et vim verbi imminuit, ut
invalidus. ponitur et pro eo quod est inter, ut 2

Penthesilea furens mediisque in milibus ardet

⟨et⟩

aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caici.

ponitur et pro adversus, ut 3

quid meus Aeneas in te committere tantum

et

ipse deos in Dardana suscitat arma.

ponitur et pro modo qualitatis, ut 4

quem pellis aenis
⟨in plumam⟩ squamis auro conserta tegebat ||

10 *Verg. Aen. XII 1* 13 *Verg. Aen. I 491* 15 *Verg. Aen. I 183* 17 *Verg. Aen. I 231* 19 *Verg. Aen. II 618* 21 *Verg. Aen. XI 770*

1 autem *om. HM* 2 hae *om. HM* aptant haec *S* | δι δια di diducere δια δις distraho σο συν con conuertere *HM* dissicere *S* 4 eas *Keil* ea *S* 5 supra *Keil* subtra *S* 8 inerupit *S* 9 Virgilius *S* ut Vergilius *Diom.* 10 auerto *S* 11 inminuit cui praeponitur *Diom.* 12 invalidus infirmus *Diom.* | ponitur *Diom.* preponitur *S* 13 ut Penthesilea *Keil* ut in penthesilea *S* 14 et *e Diom. add. Keil* 16 ponitur *om. Diom.* | adversus, ut in parricidam, in tyrannum, ut Vergilius *Diom.* 20 ponitur *om. Diom.* 22 in plumam *add. Keil* | tegebat res atque huius in faciem *S corr. Keil*

p. 415 K.

et

atque huic in faciem soror ut conserva Metisci.

5 interdum et pro particula supervacua, ut

nosco crines incanaque menta
regis Romani.

6 interdum qualitatem habet ad peius deteriusque tendentem, ut

quam semel informem vasto vidisse sub antro Scyllam;

non enim nullius formae significat, sed malae formae et
7 quae vulgo dicitur deformis. item

et Pyrgi veteres intempestaeque Graviscae.

nam et hic non nullius, sed malae tempestatis dicuntur
8 Graviscae. ponitur ⟨et⟩ pro qualitate ordinativa, ⟨ut⟩ cum dicimus 'opus in dies crescit', ut Vergilius

inque dies avide surgens caput altius effert.

9 ponitur et pro spatio temporali, cum significat usque adhuc, ⟨ut cum dicimus 'a mane in noctem', ut apud Vergilium

felix si protinus illum
aequasset nocti ludum in lucemque tulisset.

10 ponitur et pro praepositione pro⟩, ut cum dicimus 'hoc munus in magno habeo' ut Vergilius

quem Thracius olim
Anchisae genitori in magno numere Cisseus,

---

2 *Verg. Aen. XII 623* 4 *Verg. Aen. VI 809* 8 *Verg. Aen. III 431* 11 *Verg. Aen. X 184* 15 *Verg. Georg. III 553* 18 *Verg. Aen. IX 337* 22 *Verg. Aen. V 536*

---

6 habent *S* habet *Diom.* | deteriusve *Diom.* | tendentem *Keil* fendentem *S* pendentem *codd. Diom.* 8 scillam *S* 10 item apud Vergilium *Diom.* 11 it et pur sine teres intempesteque gauiste (*corr.* grauiste) *S* 13 et, ut *add. Keil e Diom.* 14 Virgilius *S* Vergilius *Diom.* 17 ut cum dicimus—pro praepositione pro *addidi ex Diom. cf. Comin. 99* 21 uirgilius ut *S* ut Vergilius *Diom.* 22 tratius *S*

et Sallustius in I historiarum '<*ut*> *et facta in gloria numeret et, si liceat, avidius fecerit*'.

XLVII. Sub praepositio significat modo supra, ut

ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit

et

corpora saltu
subiciunt in equos,

id est supra iaciunt; modo infra, ut 2

caudamque remulcens
subiecit pavitantem <*utero*> *silvasque petivit,*

et

pedibusque rotarum
subiciunt lapsus.

significat et propter, ut 3

quo deinde sub ipso
ecce volat.

ponitur et pro in, ut || 4

namque sub ingenti lustrat dum singula templo,

id est in templo.

XLVIII. Super praepositio modo ponitur pro de, ut

multa super Priamo rogitans, super Hectore multa

---

1 *Sallust. Histor. Rel. I 55, 19 Maurenbr.* 4 *Verg. Georg IV 385* 6 *Verg. Aen. XII 287* 9 *Verg. Aen. XI 812* 12 *Verg. Aen. II 235* 15 *Verg. Aen. V 323* 18 *Verg. Aen. I 453* 21 *Verg. Aen. I 750*

---

1 historiam *S* historiarum *Diom.* | ut *addidi e Diom.* 4 teř *S* 6 saltus *S* 8 iaciunt *Diom.* iasoni *S* 9 cadamque *S* 10 subiectit *S* | utero *add. Keil* 11 et *S* item *Diom.* 14 significat *Diom.* ignes *corr.* signis *S* | et *om. Diom.* | propter *S* prope *Diom.* 15 quo] quod *S* 17 pro praepositione in *Diom,*

p. 416 K.

et

haec super arvorum ⟨cultu⟩ pecorumque canebam;

2 modo et pro ⟨praepositione⟩ pro, ⟨ut⟩

nec super ipse sua molitur laude laborem

et

nil super imperio moveor.

3 et pro insuper et amplius, ut

cui neque apud Danaos usquam locus, et super ipsi
Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt,

item

ecce super maesti magna Diomedis ab urbe
legati responsa ferunt;

4 et pro desuper, ut

haec super e vallo prospectant omnia Troes

et

superque inmane baratrum
cernatur.

5 et pro superest, ut

ille autem, neque ⟨enim⟩ fuga iam super ulla pericli

et

o mihi sola mei super Astyanactis imago.

6 interdum et ultra significat, ut

super et Garamantas et Indos
proferet imperium.

---

2 *Verg. Georg. IV 559* **4** *Verg. Aen. IV 233* **6** *Verg. Aen. X 42* **8** *Verg, Aen. II 71* **11** *Verg. Aen. XI 226* **14** *Verg. Aen. IX 168* **16** *Verg. Aen. VIII 245* **19** *Verg. Aen. VIII 251* **21** *Verg. Aen. III 489* **23** *Verg. Aen. VI 794*

---

2 cultu *add. Keil* **3** praepositione *addidi ex Diom.* | ut *add. Keil e Diom.* **7** ponitur et pro insuper *Diom.* **8** cui] tui *S* **9** infensi] in se si *S* **11** magni *Diom.* **13** de sub *S* desuper *Diom.* **14** ualle *S* **16** baratrum] paratum *S* **19** enim *add. Keil* **24** proferret *S*

XLVIIII. Pro praepositio significat porro, ut cum profundum dicimus pelagus, cum porro fundus sit, ut

hinc altas cautes proiectaque saxa Pachyni radimus.

significat et ante, ut 2

soli pro portis Messapus et acer Atinas
sustentant aciem. ||

item prodere modo ante dare significat, ut prodere patriam 3
dicitur, modo porro dare et propagare, ⟨ut⟩

Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri—proderet.

et pro praepositione in, ⟨ut⟩ pro rostris, pro tribunali, ut 4

hirsutumque supercilium promissaque barba

id est immissa. ⟨et pro eo quod est ἀντί apud Graecos, ut 5
cum dicimus cervam pro Iphigenia et

pro dulci Ascanio veniat⟩

et pro eo quod est ὑπέρ, ⟨ut⟩ 6

unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum
praedicam.

L. Ab et ex praepositiones si sequens verbum a vocali incipiat, integrae efferuntur, ut * ex oppido; si consonantes sequantur, extremam litteram perdunt, ut * e foro; similiter, si vocalis sequatur consonantium loco

---

3 *Verg. Aen. III 699* 5 *Verg. Aen. XII 661* 9 *Verg. Aen. IV 230* 11 *Verg. Bucol 8, 34* 14 *Verg. Aen. I 659* 16 *Verg. Aen. III 435*

---

3 hinc altas] incultas *S* 5 soli pro portis] spolia propositis *S* 7 ideo *S* item *Diom.* | significat ut *Diom.* significatur *S* 8 dicitur proditor *Diom.* | pro *S* porro *Diom.* 10 ut *e Diom. add. Keil* et pro prae in postris *S corr. Keil* modo pro in praepositione, ut cum dicimus pro rostris *Diom.* ut apud Vergilium *Diom.* 11 hirsutumque] ite utcumque *S* | barba] uerba *S* 12 et pro eo—veniat *addidi ex Diom.* 15 ut *add. Keil e Diom.* 18 ex et ab *Diom.* 19 integre *Diom.* | ex oppido ab illo *Diom.* 21 e foro *Usener* efero *S* e foro a Marco *Diom.* | consonantis *Diom.*

2 posita, ut * e via. hae autem non unum idem<que significant. nec enim unum, est 'a theatro venio' et 'ex theatro'. nam qui dicit a theatro se venire, non ex ipso theatro, sed e loco qui est theatro proximus se venire significat; 3 qui vero ex theatro, ex ipso theatro significat. his praepositionibus pares contraria potestate sunt ad et in, quae et ipsae non unum idemque significant, quia in forum ire est in ipsum forum intrare, ad forum autem ire, 4 in locum foro proximum. similiter ad tribunal venit litigator, in tribunal vero praeses aut iudex.

DE CONIVNCTIONE

LI. Coniunctio est pars orationis nectens ordinansque sententiam. coniunctioni accidunt figura ordo potestas. figura est qua apparet, utrum simplex sit, ut quidem, an composita, ut equidem; ordo quo apparet quae praeponi tantum possit, ut nam, quae subiungi, ut que, 2 <quae> praeponi et subiungi, ut et. potestas coniunctionum in VI species dividitur: sunt enim copulativae, causales, 3 ratiocinativae, repletivae, disiunctivae, dubitandi. || συμπλεκτικοὶ σύνδεσμοί εἰσιν copulativae coniunctiones sunt hae,

LI—LX. *Char. 224, 23 — 229, 2* *Diom. 392, 1 — 395, 10, 417, 1—418, 32 cf. Comin. 101*

1 e via] a Junone, e virtute, a vino *Diom.* | que—unum *add. Usener* | non idem unumque *Diom.* **2** nec enim unum idemque *Keil* venire *Diom.* **3** se venire *om. Diom.* **4** proximus theatro *Diom.* se venire significat *om. Diom.* **5** ex ipso venit theatro *Diom.* **6** pares *om. Diom.* | potestate *Diom.* potestatem *S* **10** praeses *S* praetor *Diom. Usener* **14** quae apparet an simplex est *S corr. Keil* **15** ordo est *Char.* **17** quae *add. Keil e Char.* ut etiam *Char.* **19** rationatiuae *S corr. Keil* **20** συνδεσμοί εἰσιν *om. S* | hae *om. H M*

p. 418 K.

καί ac, τέ que, καί atque, ἤδη porro, μέν quidem, προσέτι
δέ quoque, καί etiam, ἀλλά at sed, δέ autem, δέ vero, τοῦτο
δέ id porro, ἔγωγε equidem; αἰτιολογικοί causales, γάρ nam 4
γάρ enim, ἐπειδή quoniam, ἐπεί quia, διὰ τοῦτο eo, ὅτι καθ'
ὅτι quod, διά τοῦτο ideo, οὖν ergo, διά τοῦτο idcirco, χάριν
gratia, ἕνεκεν causa, ἀλλά verum; συλλογιστικοί ratiocina- 5
tivae, ἐπειδή quatenus, τοιγαροῦν itaque, διό quapropter,
τοίνυν οὖν quocirca ergo, ἐπεί quoniam, τοιγάρ igitur, διὰ τί
quare, ἐπεί quoniamquidem, διὰ τοῦτο ideoque, εἴ τι siqui-
dem, ὁπότε quandoquidem; ἀναπληρωματικοί repletivae, κἄν 6
saltem, ὅμως tamen, πρὸς ἐπὶ τούτοις adeo, δὴ ἄρα tandem;
διαζευκτικοί disiunctivae, οὔτε neque, οὔτε nec, ἄρα ne, ἤ 7
aut, μήτε neu, ἤ vel, μήτε neve, ἤ an, ἤ ve; διστακτικοί
dubitandi, ἐάν si, εἰ μή nisi, εἴτε seu sive. sunt et quae 8
vix aptantur finitivae speciei, velut καί τοι γε, εἰ καὶ τὰ
μάλιστα quamquam, ἐπειδή quatenus, ἕως, ἕως που dum, εἰ
si, εἰ μή nisi, εἰ καί tametsi, ὡς ὅπως ut, ὅτε cum, μετὰ τό
postquam, πρίν antequam; εὐκτικῆς ὄψεως optativae speciei, 9
ἵνα μή utinam ne, εἴθε utinam, ὤφελον velim, μόνον dum-
modo, κἄν licet, μέχρι donec, πρὶν ἤ antequam, μετὰ τό

---

1 και. τε. τε και et que ac atque ast *HM* ηδη μεν porro quidem προςετι δε quoque (ẹṭịạṃ *ante* quoque *M*) και αλλα ac. etiam sed *HM* ac sed αλλα *S corr. Keil* **4** quoniam quidem επιδε (επειδε *H*) επιδε quippe quod eo διατουτο quin etiam οτικαθοτι *HM* **6** rationatiuae ω *corr. Keil* **8** τοιγάρ *Keil* τοιγ ω **9** διατοιουτο *S* διατοιτουτο *HM corr. Keil* | siquidem *Keil* si qui ω **10** σαν. ταμεν (saltem *supra*) ομως porro *H* saltem σαν ΤαΜΕΝ porro ο μως *M* saltim σαν ΤΑΜΕ̄ ομως *S corr. Keil* **11** ἐπί *Keil* ενι ω **13** μετε μη neu uel neu η η an ue *HM* Mete uel neu μη an η ue η *S corr. Keil* **14** sunt—velut *om. HM* **16** επειδε. εως quatenus dum ει εως που *si ei* ει μη nisi *HM* dum εως si ei εως που nisi ει μη *S corr. Keil* **17** tametsi *Keil* tam̄ etsi ω **19** utinam ne *Keil* utinane ω | dummodo *Keil* dummo ω **20** antequam (a *supra*) *S*

10 postquam, μέχρι dum; ὑποζευκτικοί subiunctivae, si, ante-
quam, ἄχρι donec, μάλιστα quamvis, dummodo licet, ἡνίκα
11 ὁπότε cum, dum, postquam, πρὶν ἤ priusquam. ⟨est⟩ et
hypodigmaticum οἷον veluti et homoematicum adverbium
ὡς ut ὥσπερ sicut.

LII. Nunc dicemus quae coniunctio cui qualitati
iungatur. cum iungitur modo finitivis, modo subiunctivis,
ut cum dico, cum dicebam, cum dicam, cum dicerem. sed
2 interest utrum finitivis an subiunctivis iungatur. ⟨fini-
tivis enim iungitur⟩, quotiens ad id tempus quo agebam
refertur, ut apud Vergilium ||

cum venit, aulaeis iam se regina superbis
aurea composuit sponda,

id est 'ipso tempore quo venit se regina composuit'; et
apud Ciceronem '*tantum profeci, cum te ⟨a⟩ consulatu*
3 *reppuli*', id est 'ipso tempore quo reppuli profeci'. sic
quoque et futuro coniungitur finitivorum, ⟨ut⟩

cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet,

4 id est 'ipso tempore quo dabit amplexus et figet oscula'.
sic et Cicero '*an cum bello vastabitur Italia, vexabuntur*

---

12 *Verg. Aen. I 697* 15 *Cic. Catil. I 10, 27* 18 *Verg. Aen. I 687* 20 *Cic. Catil. I 11, 29*

---

1 subiunctivae si antequam *om. HM* 2 ηνικα dūmo οποτε licet η και an et υποδιγματικοι *HM* 3 priusquam αν η et και ypodigmatici *S corr. Keil* 4 οιον ueluti ομοεματικονως ut ωσπερ sicut και τουγε quamquam *HM* ueluti ut οιον *S* 5 ut ως ωσπερ *S* 7 iungatur *Char.* iungitur *S* 8 dicebam *Char. Diom.* dicebat *S* 9 finitivis enim iungitur *e Char. et Diom. add. Keil* 10 agebam *Char. Diom.* agebat *S* 11 *de iis quae post* refertur *omissa sunt cf. Comin. 104* Virgilium *S* 14 tempore ipso *Char. Diom.* 15 a *addidi e Char. et Diom.* 17 iungitur *Char. Diom.* | ut apud Vergilium *Char. Diom.* ut *add. Keil* 20 sic et *Char. Diom.* licet cum *S*

p. 419 K.

urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas? significat enim se ipso tempore invidia conflagraturum, quo vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt. hoc pacto iungitur finitivis; subiunctivis autem, <cum> post factum 5
aliquid significat, ut apud Ciceronem '*cum ille homo audacissimus conscientia convictus reticuisset, patefeci*'. nam primum Catilina tacuit, et tunc Cicero patefecit.

LIII. Si modo finitivis, modo subiunctivis iungitur; finitivis hoc modo, quotiens res facta significatur, ut apud Ciceronem '*si inlustrantur, si erumpunt omnia.*' nec enim dubitat, si inlustrentur, sed, quia inlustrantur, suadet ut Catilina mutet mentem. item Terentius in Hecyra 2

hoc mihi unum e plurimis miseriis reliquum fuerat malum,
si puerum ut tollam cogit.

sic quoque et perfecto iungitur, ut apud Vergilium 3

si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,

affirmat enim potuisse. item apud Ciceronem '*quid? si haec, non dico maiora fuerunt in Clodio quam in Milone*'. subiunctivis vero iungitur, quotiens condicionalis et in- 4

---

5 *Cic. Catil. II 6, 13* **10** *Cic. Catil. I 3, 6* **13** *Terent. Hec. 570* **17** *Verg. Aen. VI 119* **18** *Cic. Mil. 13, 35*

---

1 existimas *Char. Diom.* existimat *S* **2** se *om. Char. Diom.* | esse invidia conflagraturum *Char.* invidia esse conflagraturum *Diom. cf. Comin. 104* | vastabitur *Char. Diom.* uastabat *S* **3** uexabantur *corr.* —buntur *S* **4** autem *S* vero *Char. Diom.* | cum *Char. Diom. add. Keil* **5** aliquid perfectum *Diom. de iis quae post* significat *omissa sunt cf. Comin. 104* **6** convictu *S* **7** patillina *S* **9** res factas significat *Char.* **10** si erumpunt] scerumpunt *S* | nec—suadet ut *desunt in Char. codd.* **11** si *S* an *Diom.* | inlustrantur *corr.* inlustrentur *S* **12** item—cogit *om. Char. Diom.* | Terrentius in ecyra *S corr. Keil* **13** e plurimis et plurimis *S* **16** et perfecto *Char. Diom.* inperfecto *S* | Virgilium *S* **17** accersere *Char.* **18** item *S* et *Char.* **19** cludio *S* **20** conditionalis *S* condicionalis *Char. Diom.*

certus est sermo, velut si faciam, si facerem. qui enim
5 sic loquitur, nihil factum interim declarat. sed Terentius hanc regulam non est secutus; nam de condicionali sermone finitivo verbo usus est, ut in Hecyra *'si facies, reprimam me, ne aegre quicquam audias'*; pro enim 'si feceris' 'si facies' dixit; idem in eadem *'quod ⟨si⟩ perficio, ⟨non⟩ paenitet me famae'* et ||

senex si quaeret me, modo isse dicito
ad portum,

pro 'si quaesiverit'.

LIIII. Dum iungitur finitivis, velut dum venio. quotiens vero pro eo quod est dummodo ponitur, subiunctiva recipit. alii vero dixerunt quod magis optativa, ut apud Vergilium *'dum conderet urbem'*, ⟨id est⟩ 'dummodo con-
2 deret urbem'. etiam si alius praegreditur sermo declinationis, ad illum reformatur, velut 'petebas ⟨ut⟩, dum
3 venires, facerem'. sic quoque recipit subiunctiva. Donec iungitur subiunctivis, velut donec veniam.

LV. Num, si praepositum fuerit illi aliud verbum finitivum, recipit subiunctiva, ut Cicero *'interrogari num*

---

4 *Ter. Hec. 765* **6** *Ter. Hec. 775* **8** *Ter. Hec. 76* **14** *Verg. Aen. I 5* **20** *Cic. Catil. II 6, 13*

---

1 sermo est *Char.* | facias *Char. Diom.* faceret *codd. Char.* (faceres *Keil*) faceres *Diom.* **2** sed Terentius—quaesiverit *om. Char. Diom.* **3** conditionali *S corr. Keil* **4** haec cyra *S corr. Keil* **5** audies *S* **6** si, non *add. Keil* **8** dicit *S* **13** alii—optativa *om. Char. Diom.* **14** Virgilium *S* Vergilium *Char. Diom.* | id est *add. Keil e Char. et Diom.* **15** dum etiam *Char. Diom.* | praegreditur *S* praeponitur *Char. Diom.* **16** ad illam *S* ad illum *Char. Diom.* | ut *add. Keil* **17** uenissem facere *S* venires facerem *Char. Diom.* | sic *Char. Diom.* si *S* subiunctatiua *S* subiunctiva *Char. Diom.* **20** Cicero *om. Char.*

p. 420 K.

dubitaret eo proficisci', ut sit species relativa. fere enim 2
praeposito finitivo verbo parti orationis coniunctivae sub-
iungitur species subiunctiva, velut 'nescio quare venerit',
'nescio cur dixerit' et cetera similiter [pariter vero fini-
tiva], ut apud Ciceronem '*credo vos mirari quid sit, quod
ego potissimum surrexerim*'; quamquam idem Cicero in 3
eadem aliter enuntiavit, '*nequid metuas, Glaucia, non te
scrutor, si quid forte ferri habuisti*'. aliter vero finitiva, 4
ut apud Terentium '*num aliud me tibi opus est?*' item
quare venisti? quare id fecisti? et similia, quia ⟨non⟩
praeponitur verbum. item quamvis subiunctiva, quamvis 5
feceris; item dummodo venias; item licet venias. quam- 6
quam finitiva, sicut Vergilius

quamquam ⟨animus⟩ meminisse iubet luctuque refugit.

si vero καίτοι γε significat, optativa recipit, ut apud Ci-
ceronem '*quamquam quid ego te invitem?*'

---

5 *Cic. Rosc. Amer. 1, 1* 7 *Cic. Rosc. Amer. 34, 97* 9 *Apud Terentium haec verba non exstant cf. ea quae Keil ad Char. 227, 24 adnotavit* 14 *Verg. Aen. II 12* 16 *Cic. Catil. I 9, 24*

---

quaesivi quid dubitaret *codd. Ciceronis* 1 relativa *Char. Diom.* latina *S* enim semper *Char.* 2 praepositio finitiuo uerbo parte orationis coniuncto subiungitur speciei subiunctiuae *S corr. Keil e Char. et Diom.* 4 pariter—8 habuisti *om. Char.* pariter vero finitiva *secl. Keil, ut ex iis quae infra l. 8 scripta sunt huc illata* 6 in eadem *Char. Diom.* in eodem *S* 7 aliter *corr.* alter *S* | non est quod metuas *Diom.* '*nihil est, Glaucia, quod metuas; non excutio te si quid forte ferri habiusti, non scrutor*' *codd. Ciceronis* 9 terrentium *S* Terentium *Char. Diom.* 10 quia non *Diom.* qui *S* quoniam non *Char.* 11 velut quamvis veneris. item dummodo subiunctiva, velut dummodo venias. item licet subiunctiva, velut *(Keil, om. Neapol.* ut *Paris.)* licet venias *Char.* 13 finitiva recipit *Diom.* | Virgilius *S* 14 iubet *S* horret *Char. Diom.* | laetuque *S* 15 si vero—invitem *om. Char. Diom.*

LVI. Ut recipit finitiva acuto accentu elatum. effertur ⟨autem⟩, quotiens ‖ pro eo accipitur quod est quomodo;
2 quotiens vero pro eo quod est apud Graecos ἵνα, recipit
3 optativa, ut ut faciam. non numquam tamen et accentu acuto elatum recipit subiunctiva, praeposito sane finitivo verbo, more quo supra formam relativam diximus, ut apud Vergilium

infandum, regina, iubes renovare dolorem,
Troianas ut opes et lamentabile regnum
eruerint Danai.

4 utinam recipit optativa, ut utinam veniat; ne accentu acuto imperativa, ut ne fac; quotiens vero gravi accentu pro eo quod est apud Graecos ἵνα μή accipitur, optativa, ut apud Horatium

ne facias quod
Ummidius quidam.

5 non numquam vero, etiamsi accentu acuto efferatur, optativa quoque recipit, ut ne venias, ne scribas. sed interest ⟨inter⟩ hoc et illud quod dicimus ne fac, quod hoc im-

8 *Verg. Aen. II 3* 15 *Hor. Sat. I 1, 94*

1 acuto *Char. Diom.* acutoque *S* 2 autem *Keil e Char. Diom.* | *post* quomodo *add. Char. et Diom.* '*ut apud Ciceronem "ut sustinuit? immo vero ut contempsit!" (Mil. 24, 64) id est quomodo.*' 3 quod est apud grecos inaut recipitur optiua *S* quod est ἵνα apud Graecos recipit optativa *Caar.* quod est apud Graecos ἵνα accipitur optativa recipit *Diom. corr. Keil* 4 et *om. Char.* | acuto accentu *Char.* 6 formari relativa *Char. Diom.* 11 venias *Char.* | item ne *Char. Diom.* | accentu *corr.* accuto *S* acuto accentu *Char. Diom.* accentu elatum imperativa recipit *Diom.* 12 fac *Char. Diom.* facias *S* 13 optativa recipit *Char. Diom.* 14 ut *Char. Diom.* ait *S* 16 ūminus quidem *S* Numidius *Diom.* 17 vero *S Diom.* autem *Char.* | acuto accentu *Char. Diom.* 19 inter *add. Char. Diom.* | diximus *Diom.* | fac *Char. Diom.* facias *S*

peramus, superius suademus. recipit quoque id ipsum ac- 6
centu acuto elatum subiunctiva, quotiens εἰρωνικῶς acci-
pimus pro eo quod est apud Graecos πάνυ γε, scilicet
quotiens rei dubiae et quasi condicionali aptatur, ut apud
Ciceronem '*ne tu, Eruci, accusator esses ridiculus*' et Sal-
lustius '*ne illi corruptis moribus victoriae temperarent*'.
quotiens vero rei aptatur certae, eodem accentu elatum 7
finitiva recipit, ut apud Ciceronem '*ne illi vehementer
errant*', affirmat enim eos vehementer errare.

LVII. Postquam modo finitiva, modo subiunctiva:
finitiva, quotiens iunctum accipitur, ut Vergilius

postquam res Asiae Priamique evertere gentem
inmeritam visum superis,

ut sit 'postquam visum est'. subiunctiva vero, quotiens
secernitur, ut 'post venit quam exclamasset', 'post fecit
quam dixisset'. antequam modo finitivis, modo subiunctivis 2
iungitur; finitivis, ut Vergilius

ante, pudor, quam te violo. ||

LVIII. Ni et nisi subiunctiva ita, ni fecissent et nisi fecissent; quamquam apud Ciceronem non numquam

---

5 *Cic. Rosc. Amer. 18, 50* *Sall. Cat. 11, 7* 8 *Cic. Catil. II 3, 6* 12 *Verg. Aen. III 1* 18 *Verg. Aen. IV 27*

---

1 superius *Char. Diom.* super *S* | *inde a* recipit — 9 errare *ordo sententiarum apud Char. et Diom. alius est* 2 accuto *S* | ironicos *S* εἰρωνικῶς *Char. Diom.* 4 optatur *S* aptatur *Char. Diom.* 5 ciceronem et ueryci *S* | et Sallustius—temperarent *om. Char. Diom.* | Salustius *S* 6 uictoriae (*corr.*—ia) tempore ne quotiens *S* 7 elata *S corr. Keil* 10 subiunctiva recipit *Diom.* 11 iunctum *Char. Diom.* accuto *S* | Virgilius *utroque loco S* 15 et post uenisset, post fecisset *S corr. Keil* 19 fecisset *utroque loco Char.* fecisses *Diom.*

p. 422 K.

finitivis iungitur, tunc maxime, cum parum suspensus et dubius sit sensus, ut apud eundem '*nisi forte maius est patefacere nobis provincias, quo exire possimus, quam providere, ut etiam illi, qui absint, habeant, quo victores revertantur*'.

LVIIII. Et coniunctio id valet quod que; sed hoc differt, quod haec non modo subiungitur, sed etiam praeponitur, modo geminata, ⟨ut⟩

qui foedere certo
et premere et laxas sciret dare iusus habenas;

2 modo simpliciter elata, sed figurata, ut

labitur uncta vadis abies, mirantur et undae,
miratur nemus insuetum;

3 modo interrogativa, ut

et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?

modo indignativa, ⟨ut⟩ '*et quisquam numen adorat?*'

4 modo confirmativa, ⟨ut⟩

et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

5 modo causalis, ⟨ut⟩

et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris;

---

2 *Cic. Cat. IV 10, 21* 9 *Verg. Aen. I 62* 12 *Verg. Aen. VIII 91* 15 *Verg. Bucol. 1, 26* 16 *Verg. Aen. I 48* 18 *Verg. Aen. VI 806* 20 *Verg. Georg. II 125*

---

1 finitiuus *S* finitivis *Char.* et finitivo *Diom.* | tum *Char.* | suspensus et *om. Char. Diom.* 2 eundem Ciceronem *Char.* | melius *Char.* 3 nobis *Keil* nouis *S* vobis *Char. Diom. et Bonnens. Monacens. Ciceronis* possitis *Char. Bonnens. Ciceronis* 4 quo adsint *S* qui absunt *Char. codd. Cic. excepto Gudiano qui cum Diom.* absint *exhibet* 6 que sed *Diom.* ipsa *S* 8 geminatur *S codd. Diom.* geminata *Buschius* | ut *ubique addidi e Diom.* 13 nemus nemus *S* 14 rogatiua *S* interrogativa *Diom.* 15 quanta *S* tanta *Diom.* 18 virtutem . . . factis *S et M* γ^2 *b* π *Vergilii Serv.* virtutem . . . vires *Diom. et* γ^1 *Vergilii* virtute . . . viris *PR cm Vergilii*

modo adnutativa et compromissiva, ut 6
dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo,
tris pateat caeli spatium non amplius ulnas;
modo auctiva pro etiam, ⟨ut⟩ 7
quorum Iphitus ⟨aevo⟩
iam gravior Pelias et vulnere tardus Ulixes;
modo ordinativa, ⟨ut⟩ 8
corpusque lavant frigentis et ungunt;
modo superlativa, ⟨ut⟩
quicquid id est, timeo Danaos et dona ferentes;
modo deminutiva per gradus, ut || 9
felix qui potuit rerum cognoscere causas,
fortunatus et ille deos qui novit agrestes.

LX. Aut coniunctio dubitativam, si geminetur, habet
potestatem. qui enim dicit 'aut librum volo aut pretium', 2
utrumque se ex aequo desiderare significat, ut in illis
aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
praecipitare iubet subiectisque urere flammis
aut terebrare cavas uteri et temptare latebras;

---

2 *Verg. Bucol. 3, 104* 5 *Verg. Aen. II 435* 8 *Verg. Aen. VI 219* 10 *Verg. Aen. II 49* 12 *Verg. Georg. II 490. 493* 17 *Verg. Aen. II 36*

---

1 adnotatiua *S* adnutiva *Diom.* adnuntiatiua *Exc. cod. Paris. 7530* adnutativa *Keil* | promissiva *Diom.* 2 appollo *S* 3 ulnis *S* 4 modo actiua proelia quorum effusi iam grauior *S corr. Keil e Diom.* 10 quidquid id est *Diom.* quicquid idem *S* 11 diminutiua *S Diom.* 14 dubitatiuo signo tenetur habet *S corr. Keil e Diom.* 15 qui enim *Diom.* quia *S* 18 iubet *S Nonius* $P^{2}\gamma$ *Vergilii* iubent *Diom. reliqui codd. Verg.*

p. 423 K.

3 aut si semel subicitur, deminutiva est et habet gradum ad inferiora tendentem, ut

incute vim ventis submersasque obrue puppes,
aut age diversas et disice corpora ponto.

nam furens Iuno et irata quod ⟨gravissimum credebat
4 optavit, deinde⟩ quod secundum intulit. ⟨huius⟩ coniunctionis ⟨qualitates sunt multae⟩. modo comminativa est, ⟨cum dicimus 'aut⟩ da mihi, aut rapio', ut

Nymphae, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen
quale meo Codro concedite (proxima Phoebi
versibus ille facit), aut si non possumus omnes,
hic arguta sacra pendebit fistula pinu;

5 modo hortativa, ut

aut tu magne ⟨pater⟩ divum miserere

et illud

aut tu, quod superest, infesto fulmine morti,
si mereor, demitte;

6 modo coniunctiva pro et, ⟨ut⟩

molirive moram aut veniendi poscere causas;

7 et pro que, ut '*liquidas presso ter gutture voces corvi aut*

---

3 *Verg. Aen. I 69* **9** *Verg. Bucol. 7, 21* **14** *Verg. Aen. IX 495* **16** *Verg. Aen. V 691* **19** *Verg. Aen. I 414* **20** *Verg. Georg. I 410*

---

1 subiciatur *Diom.* | diminutiva *S Diom.* | gradum habet *Diom.* **2** *post* tendentem *add. Diom.: 'ut cum dicimus "librum volo aut pretium" ut si liber, quem potissimum volo minime reddatur, tum, quod secundum est, vel pretium'* **4** aut auge *S* | dissice *S* **5** gravissimum — deinde *add. Keil e Diom.* **6** scd' *S* | coniunctionis tantum modo *S correxi e Diom.* **7** comminutiua est da mihi *S supplevi e Diom.* **9** nympha *S* **12** hic] hir *S* | pina *S* **14** pater *om. S* **15** ut est dictum et illud *Diom.* **16** aut *S* vel *Diom. codd. Vergilii* | inferto fulmine mortis *S* **17** dimitte *S* **18** ut *addidi* **19** moliri aut *Diom. Vergil.* **20** presso ter] p̄ tendet *S*

quater ingeminant' pro quaterque; modo pro separativa, ⟨ut⟩ 8

aut onera accipiunt venientum aut agmine facto ||
ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

⟨item⟩

aut ante ora deum pinguis spatiatur ad aras,

modo fundit modo spatiatur. ⟨item

semineces volvit multos aut agmina curru
proterit⟩ aut raptas fugientibus ingerit hastas.

⟨DE INTERIECTIONE⟩

LXI. Interiectio est pars orationis significans affectum animi: vario autem affectu movemur; aut enim laetitiam significamus, ut va evax, aut dolorem, ut vae heu, aut ammirationem, ut babae eheu. ex his colligi deinceps alii motus animorum possunt. apex Donati: aut metuentis, 2
ut ei attat, aut optantis, ut o utinam. sed haec Graeci 3
adverbio applicant, quod ideo Latini non faciunt, quia
huiusce modi voces non statim subsequitur verbum. licet 4
autem pro interiectione [τό autem παρενθέσεως] etiam alias

LXI. 1 *Char. 238, 18—22* 2—4 = *Don. 391, 27—392, 3 cf. Jeep, Redeteile 16*

3 *Verg. Georg. IV 167 = Aen. I 434* 6 *Verg. Aen. IV 62* 8 *Verg. Aen. XII 329*

1 ter quaterque *Diom.* separ *S corr. Keil* 2 ut *addidi* 3 accipiuntur aut agmine *S* 5 item *addidi e Diom.* 7 item — proterit *addidi e Diom.* 9 et raptas *Diom. R Vergilii* 10 DE INTERIECTIONE *add. Keil* 11 adfectum *Char.* 12 adfectu *Char.* | enim *Keil* cum *S* nam aut *Char.* | laetitiam animi *Char.* 13 dolorem VAEE HEV aut ammirationem ut ua VAE. PHEV *S corr. Keil* 16 ut ēī attā *S* | sed haec Graeci *S* interiectiones greci *H M* sed haec apud Graecos adverbio adplicantur *Don.*

partes orationis singulas pluresve subponere, ut nefas, pro nefas. accentus in interiectionibus certi esse non possunt, ut fere in aliis vocibus, quas inconditas invenimus.

LXII. Venit mihi in mentem huius rei, pudet me amoris, piget me profectionis, taedet me meretricum, miseret me senis, interest mea haec res, interest mea, refert mea, interest eius et refert illius, interest et refert
2 nostra vestra illorum; egeo victus et victu, patiens sum laboris, doleo vicem tui et tuam, similis sum tui, discrucior animi et animo et animum, amans mei, pertaesum est mihi iniuriae, plenus sum bonorum et bonis, potior huius rei et hac re, veri simile, impleor vini et vino, obliviscor tui et te.

LXIII. Noceo inimico, incommodo viatori, officio insidiatori, medeor languenti (hoc verbum ⟨perfecto caret⟩), blandior patri, ancillor magistro, adulor mulieri, conscius sum facti, patrocinor patriae, convicior debitori, || vitio furi duco, inprecor hosti, ausculto suasori, supplico tibi, moderor militibus, obstrepo dicenti, palpor et palpo equo,

---

LXII—LXVI. *Char. 293, 8—296, 18 Diom. 311, 16—320, 9 de idiomatibus Gr. lat. IV 566, 1—572, 10 K. cf. Comin. 112—125*

---

3 *post* invenimus EXPLICIT *S quod haud scio an ad apicem Donati referendum sit* 6 interest me haec res *M S corr. Keil* 7 referet mea *quod in M S post* veri simile *legitur, huc transtuli* 8 egeo victus et victu *falso huc delatum* 9 discrucior *Keil* discutior *M S* 11 iniuria *M S corr. Keil* | plenus, potior, impleor *falso huc delata sunt* 15 langenti *S* | hoc verbum—caret *om. M* perfecto caret *add. Keil e Diom.* 16 conscius sum facti *falso huc delatum* facto *M S* conscius ⟨mihi⟩ sum facti *Keil* 17 uitium *M S corr. Keil* 18 imprecor *M* 19 moderor militibus *om. M* medeor *S corr. Keil*

p. 425 K.

crisso tibi, praecurro praetori, procuro pugili, geniculor
parenti, genua tibi advolvor, praevaricor reo, supersideo
discipulo, antecello aemulo, consilio tibi sum, studet huic
rei, timeo tibi et de te; detraho tibi, alienus sum tibi, 2
vacat mihi, tempero vino, testimonio est mihi; adversor 3
inimico, subscribo epistolis, intentus studiis, inimicus ne-
glegenti, dicto audiens, invidus bono, malivolus studenti,
habilis virtuti, utilis seni, aptus industriae.

LXIIII. Incipio studium, aggredior hominem, indulgeo
te, experior periculum, periclitor amicum, mereo et mereor
honorem, despicio laticlavium, impedio legentem, ludificor
vaniloquum; veteres et ludificavi; iuvat me, nanciscor 2
occasionem, ludo oratorem, iubeo famulos, invado te et
in te, intueor te et in te, adorior hominem, involo te et
in te, redoleo unguentum, invideo divitem, commeio lectum
et permeio (commixi et permixi), insimulo simulatorem,
animadverto te, criminor directarium, moderor te.

LXV. Inpertio illum hac re, dignor amicum hospitio,
saturo exercitum commeatu, libero te periculo, liberor
molestia, dono praeceptorem auro, tempero me vino, fraudo
creditorem pecuniis, abdico me praetura, cedo tibi gloria, 2

---

1 crisso tibi *om. M* cristo *S corr. Keil* | procuro pugili *om. M* procurro pugillo *S* **2** adulor *S* **3** studet—alienus sum *post* tempero vino *posuit M* **5** testimonium *M S corr. Keil* **8** utilis seni *om. M* sene *S* **9** hominem *Keil* nomen *M S* **11** laticlauum *S* | impedio legentem *om. M* **12** uanilocum *S* | iubat *S* **13** iubeo famulos *om. M* **14** intueor te et in te *om. M* obintueor *S corr. Keil* **15** invideo divitem *om. M* | commeio et permeio lectum *M* **16** commixi-impertio illum hac re *om. M* **19** saturo—vino *om. M* **20** tempero *Diom.* teneo *S*

affìcio illum laetitia, desisto tua consuetudine, labor spe
mea, imbuo malum malis, egredior civitate, degredior
monte, contentus sum uno nummo, orbo uxorem dote, inter-
3 dico ignominiosum foro, exulto victoria, soporo te vino,
dignor a te honore, sustineo me hac re, conplaudo tecum,
gaudeo felicitate, opus est mihi argento, alienus sum cri-
mine, comitor amicis, vaco militia, communico tecum,
4 postulo a te, utor careo fruorve divitiis, nitor hac re, potior
